PARS QVARTA

INSTITVTIONIS GRAMMATICÆ

DE

ACCENTIBVS ET DE VERBIS ANOMALIS

PRO TERTIANIS.

A P. Petro Gras Societat. IESV.



AVENIONE,

Ex Typographiâ P. OFFRAY, In Foro S. Desiderij.

M. DC. LXIIII.

Superiorum permissu.

DISPVTATIO I.

DE ACCENTIBVS.

PROLVDIVM.



IC non repeto quæ dicta sunt in prima parte de numero & officio accentuum. Ante tamen quam ad axiomata regulasque descendo, supponam ea quæ sunt fundamenta ad omnem rationem accentuum.

Suppono 1. cum syllaba sit elementum sub accentu, à quo accentu vnitatem & formam accipit, nulla potest esse syllaba sine accentu aut acuto, aut graui, aut flexo: vnde in omni syllaba debet vel notari accentus, vel subintelligi. Ita in voce λυόμενος v. g. sunt quatuor accentus, etiamsi non notentur omnes; acutus vnus, qui pingitur super ό; & tres graues, qui sub-

intelliguntur supe. λὺ, super μὲ, super νὸς: non pinguntur autem, licet pronuntientur, ne sit confusio accentuum, & scripturæ.

Snppono 2. In omni dictione debet esse accentus Acutus, vnus tantum, teste Tullio. Natura in omni verbo posuit acutam vocem, nec plus vna: Vnde, accentus acutus est rector omnis pronuntiationis; ita tamen, vt non possit regere post se nisi duos accentus graues, & nunquam tres; Ideo in voce λυόμενος debet poni acutus super ό nec potest retrahi super λὺ quia tunc regeret tres graues λὺὸμὲνὸς quod experientia non potest fieri, natura repugnante, teste Tullio. A postrema syllaba citra tertiam non posuit acutum natura: quo magis eam ducem sequatur industria ad aurium voluptatem.

Suppono 3. Græci metiuntur vim accentus sui & pronuntiationis ab vltima syllaba, cuius vltimæ syllabæ potissima est apud eos ratio: Quos imitantur Galli; minime Latini, qui metiuntur suam pronuntiationem à penultima, Græci vero miseræ penultimæ, inquit Scaliger, rationem non habent, sed solius vltimæ; quæ si longa fuerit, censebitur notata duplici ac-

centu graui, vt ἀνθρώπȣ̀. Omnis igitur syllaba, finalis, longa, apud Græcos censenda est notata duplici accentu graui: dixi finalem & longam natura.

Suppono 4. accentum flexúm esse compositum ex acuto & graui: ita vt sit quasi diphthongus in accentibus, & in eo acutus priores partes tenet, qui in eadem cum ipso syllaba regit grauem: Vnde vbi est flexus ibi simul est acutus & grauis: ex quo fit, vt non possit poni flexus nisi in penultima, in qua acutus iam regit vnum grauem, & grauem vltimæ breuis.

Suppono 5. αι, οι, finales, nulla sequente cõsona, etiamsi quantitate longæ sint, in accentuum tamen ratione haberi breues, nec impedire acutum in antepenultima, vt ἄνθρωποι, nec flexum in penultima, vt μȣ̃σαι. Idem dicito de positione vltimæ syllabæ, quæ desinit in duplicem consonam; nam positio nihil facit contra accentum, debet enim syllaba esse natura sua longa, vel breuis ad rationem accentus: vnde πῖδαξ fons, habet flexum in penultima, licet vltima sit longa positione tantum, non natura. Excipe vltimas Optatiui αι, οι, quæ longæ sunt, vt φεύγοι, fugeret, φιλήσαι amauisset, & aduerbium οἴκοι

domi. His præmiſſis ad axiomata, hoc eſt, ad regulas maximè vniuerſales accentuum explicandas aggredior.

ARTICVLVS I.

DE AXIOMATIS.

Axioma primum.

Si vltima dictionis ſyllaba ſit longa ex ſua natura, non poterit poni acutus in antepenultima, nec flexus in penultima,

Ratio axiomatis ducitur ex ſuppoſitis quia non poteſt acutus regere niſi duos graues, grauem penultimæ & grauem vltimæ breuis, vt ἄνθρωπὸς, μȣ͂σὰ: at vltima longa ſupponitur habere duos graues, vt ἀνθρώπȣ, μȣ́σης.

Axioma ſecundum.

Si penultima ſit natura, non ſola poſitione longa, & vltima ſit natura ſua breuis, ſi debeat penultima notari accentu, notabitur flexo, vt πλȣ͂τος, πτᾶνος.

Obſerua tres huius axiomatis conditiones, Prima vt penultima ſit natura ſua longa, Secunda vt vltima ſit breuis, Ter-

tia vt in illa penultima debeat notari accentus.

Axioma tertium.

Diphthongi finales ευ, & ȣ, nulla ſequente conſona, ſi accentu notari debeant notabuntur flexo; vt ὦ βασιλεῦ ô Rex, τȣ̃ θεȣ̈ Dei; excipe aduerbium ἰδȣ̀, ecce ἰȣ̀ heu ȣ̓, non, dum acuitur.

Axioma quartum.

In contractione duarum vocalium, flexus oritur ex acuto præcedente & graui: vt ἀληθέος ἀληθȣ̃ς, ex acuto έ, & graui ὸ fit flexus ȣ̃ς.

At ex graui & acuto manet acutus, vt ἑϛαώς ἑϛώς ex graui ὰ & acuto ώ manet ώς: acutus enim ſemper debet præcedere, quia eſt rector pronuntiationis.

Hæc axiomata ſunt prima principia accentuum, quæ præualent omnibus aliis regulis particularibus, vt conſtabit in praxi coniugationum, & declinationum.

Obſerua Atticos habere ω finale pro breui, in ratione accentuum & pronuntiationis: potiſſimum in Genitiuis ſingularibus dualibus & pluralibus nominum in ις: ὄφις ὄφεως, τοῖν ὄφεων: item in ſua tota declinatione maſculina, vt μενέλεως μονόκερως & ſimilia.

Idem fit ab Ionibus in Genitiuis parisyllabis in εω, πηλέιδ8 pelei πηλέιδεω Ionicè.

ARTICVLVS II.

DE ACCENTV NOMINVM.

Regula prima.

Qualis accentus est in nominatiuo, talis est, & in eadem syllaba in aliis casibus, nisi obstet axioma: vt λόγος τ8 λόγ8, τῷ λόγῳ & ita in aliis omnibus casibus. Iam vide praxim omnium axiomatum.

ὁ βασιλεὺς Rex voc. ὦ βασιλεῦ ex ista regula debet habere acutum, ex axiomate tertio debet habere flexum hic praeualet axioma.

ὁ πλάν τ8 πλάνος, ex ista regula πα, Genitiui debet habere accentum, & quidem acutum, at α est longum natura, & est in penultima, & vltima est breuis, igitur ex axiomate secundo debet habere flexum, & habet.

Τῶν πλάνων, πα est natura longum, & est penultima, & debet habere accentum, quia tamen vltima longa est non potest habere

habere flexum, ex axiomate primo.

ὁ αἰνέας οἱ αἰνεῖαι cur flexus, quia ας nominatiui singularis est longum; vnde acutus in penultima, at in plurali αι finale breue est, vnde flexus in penultima longa, in qua debet esse accentus. Ita ὁ προφήτης vltima longa, ὦ προφῆτα vltima breui, ὁ μείζων, maior, ὦ μεῖζον In Vocatiuo, cum flexo.

Regula secunda.

Genitiui plurales declinationis fœmininæ, seu in Substantiuis seu in Adjectiuis nominibus, & participiis notantur flexo in vltima. Exceptio est hæc regula à prima regula, & tamen regula generalis: vt τῶν αἰνειῶν, τῶν προφητῶν, τῶν μουσῶν, τῶν ὀξειῶν acutarum, τῶν πασῶν omnium, τῶν τυπτουσῶν verberantium, & ita de aliis.

Excipe primo adjectiua fœminina nomina & participia quorum masculinum est declinationis masculinæ & parisyllabæ; quia hæc notantur, vt masculina sua; τῶν ἁγίων Sanctarum, τῶν ἡμετέρων nostrarum.

Excipe secundo hæc quatuor substantiua, quæ notantur acuto non flexo; ἀφύαι aphya, ἀφύων, χρήστης τῶν χρήστων fœnerator, χλούνης aper τῶν χλούνων; ἐτησίαι venti τῶν ἐτησίων.

Regula tertia.

Monoſyllaba declinationis impariſyllabæ notantur accentu in ultima Genitiui, & Datiui ſingularis Dualis & Pluralis; in aliis caſibus in penultima pro quantitate ſyllabæ : ſi ſyllaba fuerit natura longa, notantur flexo, ſi breui acuto : vt χεὶρ manus χειρὸς, χειρὶ χειροῖν χειρῶν, χερσί, χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.

φρὴν mens φρενὸς, φρενὶ, φρενοῖν, φρενῶν, φρεσὶ, φρένα, φρένε, φρένες, φρένας.

Excipe participia monoſyllaba non contracta, quæ ſemper notantur in penultima, in obliquis: στὰς στάντος, στάντι, δὺς δύντος δύντι, θεὶς θέντος, quæ imitatur πᾶς πᾶν ſicut declinatione, ita & accentu πάντος πάντι.

Excipe ſecundo hæc pauca ſubſtantiua παίδων, φώδων, δάδων; puerorum, vſtulationum, facium; quia contracta ex παΐδων, φωΐδων, δαΐδων. Item τρώων troianorum, θώων lyncium, φώτων virorum, ὤτων aurium. Poëtica δμώων famulorum, λάων lapidum, κράτων capitum.

Regula quarta.

Vocatiuus accentu ſimilis eſt Nominatiuo: vt ὁ πτὰν ὦ πτάν; ὁ ὄφις ὦ ὄφι; ὁ αἰγέας ὦ αἰγέα ἡ μοῦσα ὦ μοῦσα.

Excipe primo, Nomina Paroxytona penultimæ longæ, quæ in Vocatiuo breuiant vltimam longam Nominatiui, vt seruetur axioma secundum προφήτης, ὦ προφῆτα, τιμήεις honoratus τιμῆεν, ὁ μείζων ὦ μεῖζον maior, ἡ μήτηρ mater, ὦ μῆτερ.

Excipe secundo Vocat. nominum in ευ & ω quæ flectuntur ex axiomate 3. ὁ βασιλεὺς ὦ βασιλεῦ, ἡ λητὼ Latona ὦ λητοῖ.

Excipe 3. ea quæ retrahunt accentum in Voctiuo: cuius modi sunt primo imparisyllaba in ης declinata purè, vt ὁ δημοσθένης ὦ δημόσθενες. Item composita imparisyllaba in ων, vt ὁ ἀγαμέμνων ὦ ἀγάμεμνον.

Tertio barytona in ηρ imparisyllaba, vt θυγάτηρ θύγατερ: δημήτηρ Ceres δήμητερ, cum quatuor oxytonis, πάτερ, ἄνερ Vir. δᾶερ leuir, σῶτερ Saluator.

Quarto, Parisyllaba quatuor in ης δεσπότης Dominus ὦ δέσποτα, μητιέτης consiliarius ὦ μητίετα, ἀκακήτης innocens, ἀκάκητα; εὐρυώπης εὐρύωπα latè videns.

ARTICVLVS III.

DE ACCENTV SINGVLORVM NOMINVM.

QVinque dumtaxat possunt esse Nominatiui, diuerso accentu notati; tres accentu acuto, & duo accentu flexo: vel enim notantur acuto in vltima, vt θεός, & dicuntur oxytona, vel in penultima, vt λόγος, & dicuntur paroxytona: vel in antepenultima, vt ἄνθρωπος, & dicuntur proparoxytona.

Si vero flexo notantur in vltima, vt πλακοῦς placenta, dicuntur perispomena: Si in penultima, vt σῶμα corpus, dicuntur properispomena: nec aliæ possunt esse formæ nominatiuorum; nam grauis accentus nullum per se locum habet, & Barytona dicuntur quæ nullum habent accentum notatum in vltima syllaba, vt μήτηρ mater, illa vox est simul & paroxytona & barytona, vt τύπτω verbero, & similia verba. Iam regulæ tradendæ sunt de singulis his nominatiuorum formis secun-

dum declinationem parisyllabam & imparisyllabam, vnde sit.

De Oxytonis Parisyllabis.

Regula prima.

Rectus oxytonus parisyllabus fit perispomenus in Genitiuis & Datiuis singularis Dualis & Pluralis, in aliis casibus manet oxytonus. V. G. θεὸς Deus θεȣ͂, θεῷ, θεοῖν, θεῶν, θεοῖς: θεὸν; θεὸς, θεὼ, θεοὶ, θεȣ́ς.

τιμὴ honor τιμῆς, τιμῇ, τιμαῖν, τιμῶν, τιμαῖς: τιμὴν, τιμὰ, τιμαὶ, τιμάς.

De Oxytonis imparisyllabis.

Regula secunda.

Rectus oxytonus imparisyllabus crementi breuis fit paroxytonus in obliquis; si sit crementi longi fit properispomenus ex axiomate secundo.

Exemplum Crementi breuis, ὁ ποιμὴν pastor, τȣ͂ ποιμένος, τῷ ποιμένι, & ita in omnibus casibus.

Exemplum Crementi longi, ὁ σωτὴρ Saluator, τȣ͂ σωτῆρος, τῷ σωτῆρι, τὸν σωτῆρα: & ita de aliis casibus.

Exceptis Genitiuis Duali & Plurali τοῖν σωτήροιν τῶν σωτήρων, in quibus non potest poni flexus in penultima, ex axiomate primo, quia vltima est longa.

Crementum breue apparet si sit, ε, vel

ὁ; vt ποιμὴν ποιμένος, ἡ εἰκὼν Imago, τῆς εἰκόνος, difficultas de tribus communibus. Oxytona in αν & ιν ſunt Crementi longi, vt πτὰν τοῦ πτᾶνος; ὁ δελφὶν, τοῦ δελφῖνος. Omnia in ος, purum in Genitiuo ſunt Crementi breuis. Omnia in ιδος habent crementum breue.

Exceptis his paucis, ἀψὶς ἀψῖδος fornix, κνημὶς κνημῖδος ocrea, κρηπὶς κρηπῖδος crepida, σφραγὶς σφραγῖδος ſigillum, βαλβὶς βαλβῖδος carceres, πλοκαμὶς πλοκαμῖδος coma intorta, &c.

De Paraxytonis.

Regula tertia.

Rectus Paroxytonus quicumque ſeruat accentum ſuum in eadem ſyllaba in obliquis ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, ὁ θώραξ, τοῦ θώρακος, τῷ θώρακι.

Excipe tantum Genitiuos Dualem & Pluralem, τοῖν θωράκοιν, τῶν θωράκων, ob axioma primum.

Excipe ſecundo Vocatiuos in α, vt dictum eſt à nominibus in ητης, προφήτης προφῆτα, ob axioma ſecundum: item & Nominatiuos Plurales οἱ προφῆται, οἱ αἰνεῖαι ob idem axioma.

Excipe tertio, μία vna, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, ἄμφω ambo ἀμφοῖν; δύο duo, δυοῖν & δυεῖν;

δυσὶ· μήτηρ μητέρος μήτρὸς, μητέρι μητρὶ μητέρα. Θυγάτηρ θυγατέρος θυγατρὸς, θυγατέρα θύγατρα.

De Proparoxytonis.

Regula quarta.

Rectus proparoxytonus manet idem in omnibus casibus axiomate non impeditis; vt ὁ ἄνθρωπος, τὸν ἄνθρωπον, ὦ ἄνθρωπε· τοῦ ἀνθρώπου, τῷ ἀνθρώπῳ & ita de similibus casibus vltimæ longæ, ob axioma primum. Ita δέλεαρ esca δελέατος δελέατι. Excipe τοῖν δελεάτοιν τῶν δελεάτων ob axioma 1.

De Perispomenis.

Regula quinta.

Rectus perispomenus seruat in omnibus casibus in eadem syllaba, suum flexum, nisi impediatur axiomate: vt ἀθηνᾶ, ἀθηνᾶς, ἀθηνᾷ· πλακοῦς, τοῦ πλακοῦντος, τῷ πλακοῦντι. Excipe πλακούντοιν & πλακούντων ob axioma primum.

De Properispomenis.

Regula sexta.

Rectus properispomenus seruat accentum in eadem syllaba flexum, vel acutum, pro quantitate vltimæ syllabæ, & pro numero syllabarum, ὁ δῆμος populus, τὸν δῆμον, ὦ δῆμε· τοῦ δήμου, τῷ δήμῳ, & ita de aliis casibus vltimæ longæ, ἡ πίδαξ

fons, τῆς πόλεως, πόλεσι, & ita de aliis casibus, quia flexus non poteſt locari in antepenultima.

ARTICVLVS IV.

DE ACCENTV VERBORVM.

Regula prima.

Qualis accentus eſt in prima perſona temporum talis eſt in eadem ſyllaba in aliis perſonis Singularis Dualis & Pluralis, niſi obſtet axioma; vt λύω ſoluo, λύει, vbique ſuper λύ in Duali, & Plurali.

Ἔλυον, ἔλυες, ἔλυε, ἐλύετον non poteſt eſſe ſuper ἐ quia quarta ſyllaba; ἐλυέτην neque ſuper ύ quia vltima eſt longa.

Ita λυῶ, λυεῖς, λυεῖ, λυεῖτον, λυοῦμεν, ita omnia quæ notantur flexo in vltima vel in penultima λυοῦμαι, λυῇ, λυεῖται.

Regula ſecunda.

Vltima exiſtente breui, retrahitur accentus in verbis, quantum licet per axiomata. Ita in omni tempore in ον, vt ἔλυον; in α, vt λέλυκα, ἔλυσα; in μι, vt λύοιμι, λύσαιμι; in μαι λύομαι, λέλυμαι.

Excipe

Excipe primo, ea tempora Infinitiui, & Participij quæ habent ſemper accentum in penultima (nec vlla compoſitione illum retrahunt) vel in vltima.

In penultima habent ſemper in Infinitiuo.

1. Omnia præterita Act. λελυκέναι, paſſ. λελύσθαι, med. λελυέναι.

2. Aoriſta 1. act. λῦσαι, paſſ. λυθῆναι.

3. Aoriſta 2. paſſ. λυῆναι med. λυέσθαι.

4. Omnia præſentia in μι, πθέναι, ἱςάναι, διδόναι; atque etiam Aor. 2. θεῖναι, ςῆναι, δοῦναι.

In Participio.

1. Præſens, & fut. 1. non flexum, vt λύων, λύσων, etiam in neutro λύον, ἀναλύον reſoluens.

2. Aor. 1. λύσας, λῦσαν, ἀναλῦσαν.

3. Præt. paſſ. λελυμένος.

In vltima habent ſemper in Infinitiuo.

Aor. 2. & fut. 2. λυεῖν.

In Participio.

1. Omnia in εις, Aor. paſſ. λυθεὶς, λυεὶς, λυέν, præſentia in μι πθεὶς, ἱςὰς, διδοὺς.

2. Aor. 2. act. λυών & fut. 2. λυῶν.

Excipe 2. duo verba enclitica εἰμὶ & φημὶ oxytona quorum tamen compoſita retrahunt accentum, vt, σύνειμι adſum, σύμφημι fateor.

Regula tertia.

Compoſitio etiam in verbis retrahit accentum : vt ἀνάλυε reſolue, ἀνάλυσον reſolue, ἀνάλυσαι, in medio imperatiuo, κάθημαι ſedeo, περίκειμαι circumiaceo.

Ita monoſyllaba compoſita ex præpoſitionibus in Imperatiuo πρόες permitte, ἐπίσχες inhibe, ἐπίθες impone, ἀπόδος redde, ἀνάβα aſcende, ἀνάστα ſurge ἄφες dimitte, vbi obſerua non retrahi niſi in penultimam, in his Imperatiuis: attamen οὗ mitte, compoſitum ex monoſyllaba præpoſitione manet flexus, προοῦ præmitte, προσοῦ admitte.

Excipe primo, omnia tempora Infinitiui, & Partipij, quæ nulla compoſitione retrahunt accentum, nec mouent à loco ſimplicis, etiam ſi vltima fiat breuis, vt in neutro Participiorum, ἀναλῦσον ſoluturum.

Excipe ſecundo, tempora diſſyllaba, augmento flexo notata, quæ non retrahunt: προσῆγον adducebam προεῖχον præhabebam: ſi vero augeantur initio, tunc retrahunt, vt ἐκάθευδον dormiebam ἤνοιγον aperiebam, & ſimilia, quibus adde σύνοιδα noui, ἔξωσα expuli.

Excipe 3. omnia tempora terminata in

ῶ flexum, quæ nulla compositione retrahunt accentum, nec mutant; παρῶ adsim παρῆς παρῇ, παρῆτον.

Quod idem fit in omni accentu nato ex contractione in verbis flexis.

ARTICVLVS V.

DE ACCENTV ADIECTIVORVM.

REperto, in Lexico vel Onomastico, accentu masculini Adiectiui, hic quæritur de accentu fœminini, & neutrius. Nota α purum, vel ρα, in Adiectiuis parisyllabis, esse longum: at in Adiectiuis imparisyllabis α semper esse breue in fœmininis, his præmissis sit.

Regula prima.

Fœminina seruant accentum sui masculini, & in eadem syllaba, nisi aliud præcipiat axioma, vt ἀγαθὸς bonus ἀγαθὴ bona; καθαρὸς purus καθαρὰ pura; λύων soluens, λύουσα; μέλας niger μέλαινα nigra; χαρίεις gratiosus χαρίεσσα gratiosa; μάκαρ beatus μάκαιρα beata, ὀλίγος, paucus ὀλίγη pauca.

Regula secunda.

Parisyllaba masculina proparoxytona habent fœmininum paroxytonum propter axioma 1. quia habent α finale longum: ὁ ἅγιος Sanctus, ἡ ἁγία Sancta; δεύτερος secundus ἡ δευτέρα; ὁ σοφώτατος ἡ σοφωτάτη, sapientissima.

Excipe hæc tria δῖος diuus δῖα; πότνιος venerandus, πότνια; πέπειρος maturus πέπειρα.

Regula quarta.

Imparisyllaba masculina oxytona habent fœminina properispomena, propter axioma 2. habent enim semper α finale breue; & penultimam longam, quæ debet habere accentum: vt ὀξὺς acutus, ὀξεῖα; λελυκὼς λελυκυῖα, λυὼν λυοῦσα, λυθεὶς λυθεῖσα διδοὺς διδοῦσα, δεικνὺς δεικνῦσα, ἱστὰς ἱστᾶσα. duobus tantum exceptis λιγὺς canorus λίγεια, ἐλαχὺς ἐλάχεια parua.

Regula quarta.

Neutra seruant accentum sui masculini, nisi aliud præcipiat axioma: ἀγαθὸς, ἀγαθὸν; ἅγιος, ἅγιον; μέλας, μέλαν.

Excipe primò, Neutra penultimæ longæ ob axioma 2. vt ὁ μείζων maior τὸ μεῖζον; ὁ τιμήεις honoratus τὸ τιμῆεν; ὁ λείβων libans τὸ λεῖβον, ὁ λείψας τὸ λεῖψαν, ὁ φιλή-

σας τὸ φιλῆσαι & ita de aliis.

Excipe ſecundo comparatiua polyſyllaba in ων, quæ retrahunt accentum: vt ὁ βελτίων melior τὸ βέλτιον; ὁ ἀρείων, melior τὸ ἄρειον; ὁ καλλίων pulchrior τὸ κάλλιον.

Excipe tertio composita in ης paroxytona quæ etiam retrahunt accentum: vt αὐθάδης ſibi placens τὸ αὔθαδες εὐήθης ſimplex τὸ εὔηθες, αὐτάρκης τὸ αὔταρκες ſufficiens; hic enim compoſitio Ius ſuum obtinet, vltima facta breui.

ARTICVLVS VI.

DE ACCENTV IN CONTRACTIONIBVS.

Regula prima.

In dictione contrahenda ſi accentus non ſit in ſyllabis contrahendis, manet idem poſt contractionem: vt τῷ ὄφεϊ ὄφει, τοῦ τέιχεος τείχους, ἐφίλεον ἐφίλουν ἐτίμαον ἐτίμων, εὔροος εὔρους, εὔνοος εὔνους.

Regula ſecunda.

Si acutus ſit in priore vocali contrahenda, mutatur in flexum poſt contractio-

nem, ἀληθέες ἀληθε͂ς, λητόες λητε͂ς, βασιλέες βασιλε͂ς, κεράοιν κερᾷν, φιλέω φιλῶ.

Si vero acutus ſit in poſteriore vocali contrahenda manet acutus: vt ἑσαώς ἑςώς, ἐφιλεέτην ἐφιλείτην, φιλεέντων φλε͂ντων.

Obſeruatio.

Quædam adiectiua metallorum & materiæ in εος, contra primam regulam, contracta terminatione εος in ες, flectunt eam, quamuis in ea non fuerit accentus: vt χρύσεος χρυσε͂ς; χρύσεον χρυσε͂ν, ita ἀργύρεος argenteus, μολίβδεος ſtagneus λίνεος lineus πορφύρεος purpureus, ſimiliter hæc ſubſtantiua ἀδελφίδεος ἀδελφιδε͂ς nepos, ἀνεψιάδεος filius conſobrinæ θυγατρίδεος filius filiæ, θυγατριδε͂ς.

ARTICVLVS VII.

DE ACCENTV IN CONTEXTV ORATIONIS.

QVia in orationis decurſu fit accentuum varia mutatio, propter Encliticas, apoſtrophum, paragogem, & alia id genus: de his modo diſputandum.

DE ENCLITICIS.

I. Quid eſt Enclitica?

R. Eſt ea dictio quæ per ſe ſola non ſatis firmiter pronunciatur, niſi alteri inclinetur in quam tonum ſuum reiiciat, vt ab ea fulciatur.

I. Quot ſunt dictiones Encliticæ?

R. Aliquæ ſunt in omni penè orationis parte.

Primo, In verbis; εἰμὶ ſum: φημὶ dico, in toto præſenti tantum, exceptis ſecundis ſingularibus εἶ & φῇς.

Secundo, in nominibus τὶς indefinitè ſignificans, in omni caſu, & genere.

Tertio, in articulis duo tantum caſus, τȣ̃ & τῷ quando ponuntur pro τινὸς & τινὶ.

Quarto, in pronominibus μȣ̃, μοὶ, μὲ non ἐμȣ̃: σȣ̃, σοὶ, σὲ, ȣ̃, οἱ, ἑ, σφὲ, σφῶ, σφισὶ, σφὶν, σφέας, pro σφᾶς.

Quinto, in aduerbiis πoθὲν, ποθὶ, ποτὲ, πȣ̃, πῄ, πῶς, πῶ, ποῖ.

Sexto, in coniunctionibus γὲ κὲ, τὲ, κὲν, πὲρ, ῥὰ, νὺ, τοὶ, θὴν.

Nota: vt ſciatur quando reiicere debeat accentum ſuum Enclitica, quando retinere; pendere ex dictionis accentu, quæ Encliticam præcedit. Nota igitur, di-

ctionem præcedentem, non posse habere accentum nisi, vel in vltima, vel in penultima, vel in antepenultima, vnde tribus regulis tota ratio Encliticarum absoluetur.

Regula prima.

Si dictio præcedens Encliticam habeat accentum in vltima; seu acutum, seu flexum, reiicit omnem accentum ab Enclitica, vt θεός φησι Deus dicit; θεοῦ μου Dei, mei, & similia.

Regula secunda.

Si dictio præcedens Encliticam notetur acuto in antepenultima, vel flexo in penultima, recipit accentum omnis Encliticæ; vt ἄγγελός ἐστι Angelus est, νῆσός μου insula mea, δῆμός εἰμι populus sum.

Regula tertia.

Si dictio præcedens Encliticam notetur acuto in penultima reiicit accentum ab omni Enclitica monosyllaba, vt τέκνον σου filius tuus: relinquit dissyllabæ: vt θηρίον εἰμὶ fera sum.

Nota diligenter has tres regulas, quia complectuntur penè totam de Encliticis doctrinam.

Regula quarta.

Enclitica dictio dum interrogat, non est enclitica

enclitica, ſed ſeruat accentum ſuum: vt τίς, τίνος, τινι. Ποθέν, ποτέ, πῶς, πῆ & ſimilia: vt πόθεν ἦλθε vnde venit.

Regula quinta.

Enclitica incipiens vel periodum vel membrum periodi poſt virgulam, duo puncta, vel punctum non amittit ſuum accentum: vt τινὲς ἄνθρωποι quidam homines εἰσὶ γάρ ſunt enim, ποθὲν ἦλθε alicunde venit.

Regula ſexta.

Pronomina Enclitica monoſyllaba poſt præpoſitiones, aut coniunctiones copulatiuas vel diſiunctiuas ad arbitrium inclinantur, vel non: vt μετά σου vel μετὰ σοῦ tecum.

Regula ſeptima.

Enclitica recipit accentum Encliticæ ſequentis, vel etiam dictio carens ex ſe accentu: ἄνθρωπός τίς ἐστι eſt quidam homo, εἴτι ſi quid.

Nota nunquam reiici flexum, ſed ſemper acutum: vt ἄνθρωπός μου, non ἀνθρωπῶς μου, licet μοῦ per ſe notetur flexo.

Nota ſecundo, flexam Encliticam, reiecto ſuo accentu, non recipere accentum ſequentis Encliticæ, ita Dionyſius, ἀνθρωπόντινά που φησί με λοιδορεῖν, ait mihi quem-

dam hominem conuitiari.

Regula octaua.

Ἐστὶ est, post particulas εἰ, οὐκ, ὡς, καὶ, ἀλλὰ, τοῦτο, retrahit tantum accentum in primam: οὐκ ἔστι θνητὸς, non est mortalis: ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν, atqui licet dicere, τοῦτ' ἔστι, τουτέστι τῶν αἰσχρῶν hoc vero turpe est; vnica voce.

De Apostropho & Oxytonis.

Regula prima.

Cum fit Elisio syllabæ, accentu notatæ in aduerbiis præpositionibus, vel coniunctionibus, vna deletur accentus, vt παρ' ἐμοῦ à me, κατ' ἄνθρωπον aduersus hominem, ἀλλ' ἔστι, at est.

Regula secunda.

In dictionibus, quæ declinantur, si deleatur syllaba vltima, transfertur accentus, sed acutus; vt δεινὰ ἔπαθεν, δείν' ἔπαθεν grauia passus est, καλὰ ἔργα, κάλ' ἔργα egregia facinora.

Regula tertia.

Dictio oxytona, in decursu orationis, mutat acutum in grauem, nisi sequatur Enclitica, vel punctum; quia tunc acutum retinet, θεός. Θεὸς ἡμῶν Deus noster; εὐσεβεῖς τιμᾷ ὁ θεός, Deus honorat iustos; θεός ἐστι, Deus est.

Regula quarta.

Præpositio postposita casui retrahit accentum, τούτων πέρι de his: pro περὶ τούτων, διὸς πάρα, à Ioue; pro παρὰ διός.

Regula quinta.

Dictio Enclitica in compositione reijcit accentum in dictionem priorem, sed semper acutũ: ὅστις quisquis, ὅγε hic, ὥσπερ quemadmodum tametsi; καίπερ εἴπερ si quidem; οὔτε neque; ἤτε siue; οἴ μοι hei mihi: nec mutat accentum prioris; vt οὗτινος, ᾧτινι, ὧντινων, & similium.

Hæc imitantur non Encliticæ: οὐκοῦν non certe, ἥδε hæc, οἵδε hi, αἵδε hæ, ναίχι certe.

Regulam non seruant ἔμοιγε ἔγωγε Attica, retracto accentu; cum deberet esse ἐμοίγε ἐγώγε.

Obseruatio.

Nota omnem dictionem Græcam habere accentum præter hæc pauca monosyllaba: Articulus masculinus & femininus in Nominatiuo singulari & plurali, ὁ. ἡ hic hæc, οἱ αἱ, hi hæ, duæ aduerbia οὐ non, οὐκ, οὐχ; ὡς, vt: duo præpositiones ἐς, εἰς, ἐν, in: ἐκ ἐξ ex: vnica coniunctio εἰ si.

Tamen οὐ & ἐξ in fine periodi vel

verſus notantur acuto οὔ, οὐ non non.
ἀμφοτέρωνἔξ ex vtrique.





DISPVTATIO II.

DE VERBIS ANOMALIS.

ARTICVLVS I.

DE VERBIS IN MI.

HOC commune est verbis in μι, cum verbis Barytonis, quod tota eorum intelligentia constet duobus. Primo formatione temporum, altero eorumdem temporum coniugatione, vt videtur in cursu disputationis.

I. Quot sunt genera verborum in μι?

R. Quatuor, formata à verbis barytonis in εω; vel αω, vel οω, vel υω.

I. Qua arte formantur?

R. Mutando ω in μι, vt à, τιθέω pono τίθεμι, ab ἱστάω colloco ἵσταμι, à διδόω δίδομι, à δείκνυω ostendo, δείκνυμι; secundo, mutando breues characteres in longos ε & α, in η, at ο in ω, τίθεμι τίθημι, ἵσταμι ἵστημι, δίδομι δίδωμι.

I. Δείκνυμι subitne tantum vnam mutationem?

R. Vnicam illam quam proposui: quod commune est omnibus verbis in υω; ratio

quia υ, non poteſt mutari pictura in ſuam longam, quæ nulla eſt: at υ, breue in verbis in υω eſt longum in verbis in μι.

Indicatiuus.

I. Qua arte coniugatur præſens verborum in μι?

R. Eadem arte atque verba barytona, quod attinet ad terminationes communes actiuas σ, τον, την, μεν, τε.

I. Propone & coniunga. Præſens.

R. τίθημι, pono, τίθης τίθησι; τίθετον τίθεμεν, τίθετε, τιθεῖσι.

I. Deus bone: quantum diſcrimen à verbo λύω.

R. Vnicum, quod ad terminationem tertiæ ſingularis τίθησι, deberet enim eſſe ablato σ, τίθη, ſed verba in μι, ad formandum tertiam perſonam indicatiui, non auferunt σ, ſed addunt ι, τίθησι.

I. Cur in prima plurali dixiſti τίθεμεν, non τίθομεν, vt λύομεν.

R. Quia verba in μι, ante terminationes communes dualis & pluralis τον, την, μεν, τε, ſeruant characteres verborum à quibus formantur.

I. Qui ſunt illi characteres?

R. quatuor; pro numero verborum è quibus formari dictum eſt verba in μι, ε,

in verbis in εω, α in verbis in αω, ο in verbis in οω, & υ, in verbis in υω.

I. Explica in exemplis:

R. Τιθέω, inde τίθημι, habet characterem ε, qui poni debet ante terminationes communes, vt in exemplo ſuperius vides præſtitum.

I. Oſtende in verbis in αω.

R. Ιστάω, inde ἵστημι, habet characterem α, qui poni debet ante terminationes communes, vt apparet in exemplo.

Ἵστημι ἵστης, ἵστησι, ἵστατον, ἵσταμεν, ἵστατε, ἱστᾶσι.

I. Oſtende in verbis in οω.

R. Διδόω, inde δίδωμι habet characterem ο, qui poni debet ante terminationes communes, vt vides.

Δίδωμι, do, δίδως; δίδωσι; δίδοτον, δίδομεν, δίδοτε, διδοῦσι.

I. Oſtende in verbis in υω.

R. Δεικνύω, inde δείκνυμι habet characterem υ, qui poni debet ante terminationes communes, vt vides.

Δείκνυμι oſtendo, δείκνυς, δείκνυσι; δείκνυτον, δείκνυμεν, δείκνυτε, δεικνῦσι.

I. Vt video, vnica eſt ars coniugandi verba in μι, etiam ſi quatuor generum ſint?

R. Vnica, ſed diſcrimen tantùm eſt in

charactere, qui seruatur ante terminationes.

I. Qua arte formatur secunda singularis?

R. Mutando tantum μι, in σ, τίθημι τίθης ἵστημι, ἵστης, δίδωμι, δίδως: vt in Optatiuo barytono λύοιμι, λύοις. De tertia singulari iam dictum, formari addito iota ad secundam, τίθης, τίθησι, ἵστης, ἵστησι.

I. Cur longæ seruantur in toto singulari, & breues in duali & plurali?

R. In eo esse analoga verba in μι, cum verbis Barytonis, quæ habent in singulari præsentis longas ει, λύω, λύεις, λύει: at in duali & plurali λύετον, λύομεν, λύετε habent breues.

I. Nihil dixisti de tertia plurali?

R. Vt in verbis Barytonis, ita & in verbis in μι, debet esse similis Datiuo plurali participij eiusdem temporis: τιθείς, τιθεῖσι, ἱστάς, ἱστᾶσι; διδούς, διδοῦσι; δεικνύς, δεικνῦσι.

I. Estne illa tertia persona pluralis in vsu?

R. Esse: sed vsitatiorem esse Ionicam, quæ addito α, aufert Subjunctiuam ex diphthongo si sit. Inde dicitur τιθέασι, διδόασι, δεικνύασι, sed non ἱστάασι, sed tantùm ἱστᾶσι.

I. Vnde formatur imperfectum?

R. A præsenti, mutata terminatione

μι in ν, & addito augmento, τίθημι, τίθην, ἐτίθην, ἵστημι ἵστην; δίδωμι, δίδων: ἐδίδων: δείκνυμι, δείκνυν, ἐδείκνυν.

I. Qua arte coniugatur?

R. Qua tempora Barytonorum in ην, sed seruatis semper coniugationis characteribus in duali & plurali.

I. Quid vocas characteres coniugationis?

R. Illos quatuor, de quibus actum est in præsenti, ε, α, ο, υ.

I. Quare appellas characteres coniugationis?

R. Quia sunt proprij cuique generi verborum in μι: ε, verbis in εω, α verbis in αω, ο verbis in οω, υ verbis in υω.

I. Da exempla & coniuga. Imperfect.

R. Ἐτίθην ponebam ἐτίθης, ἐτίθη; ἐτίθετον, ἐτιθέτην; ἐτίθεμεν. ἐτίθετε, ἐτίθεσαν.

I. Da exemplum characteris α.

R. Ἵστην, statuebam, ἵστης, ἵστη; ἵστατον, ἱστάτην; ἵσταμεν, ἵστατε, ἵστασαν.

I. Da exemplum characteris ο.

R. Ἐδίδων, dabam, ἐδίδως, ἐδίδω, ἐδίδοτον, ἐδιδότην, ἐδίδομεν; ἐδίδοτε, ἐδίδοσαν.

I. Da Exemplum characteris υ.

R. Ἐδείκνυν, ostendebam, ἐδείκνυς, ἐδείκ-

νυ; ἐδείκνυτον, ἐδεικνύτην; ἐδείκνυμεν, ἐδείκνυτε, ἐδείκνυσαν.

I. Suntne in vsu istæ personæ?

R. Sunt, sed vsitatiores sunt personæ tres singularis, & tertia pluralis à verbis flexis τιθέω, ἱστάω, διδόω, ἐτίθουν, ἐτίθεις, ἐτίθει, ἐτίθουν, ἵστων, ἵστας, ἵστα, ἵστων, ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου, ἐδίδουν.

I. Quare dixisti ἵστην, non ἕστην?

R. Quia verba quæ incipiunt à vocali non habent augmentũ syllabicum ε, ἵστημι autem non recipit augmentum, qui ι, non mutatur pictura, sed tempore tantum.

I. Vnde formatur Aoristum 2?

R. Ab imperfecto ablata tantum reduplicatione.

I. Quid vocas reduplicationem?

R. In τίθημι, τι, in δίδωμι δι in ἵστημι iota

I. Forma iam Aoristum 2. & coniuga.

R. Ab ἐτίθην, ἔθην, ab ἐδίδων, ἔδων, ab ἵστην ἔστην.

Aor. 2. Ἔθην, posui ἔθης, ἔθη; ἔθετον ἐθέτην, ἔθεμεν, ἔθετε, ἔθεσαν.

Ἔδων, dedi, ἔδως, ἔδω; ἔδοτον, ἐδότην, ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν.

Ἔστην, statui, ἔστης, ἔστη; ἔστητον, ἐστήτην, ἔστημεν, ἔστητε, ἔστησαν.

I. Nihil dixisti de verbo δείκνυμι?

R. Quia verba in υμι, carent Aoriſto 2. cum enim careant reduplicatione, concurreret ſemper cum imperfecto.

I. Quare dixiſti ἔςην, & non ἵςην?

R Quia debuit auferri reduplicatio ι, ſupererat ςην, at Aoriſta habent ſemper augmentum, vnde dictum eſt ἔςην, ε, notato ſpiritu leni, quia ſyllabicum augmentum ἐ notatur ſemper eo ſpiritu, in lingua communi.

I. Quare in ἔςην, non adhibuiſti α ante terminationes communes dualis & pluralis, ſicut ε, in ἔθην, & ο, in ἔδων?

R. Quia Aoriſta 2. uerborum in μι, non ſeruant characterem coniugationis, ſed temporis: & coniugantur regulariter; exceptis, tantùm tribus ἔθην, & ἔδων, & ἧν, miſi. Inde ἔγνων, cognoui, Aoriſtum ſecundum ſic coniugatur.

Ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω, ἔγνωτον. ἐγνώτην,
Ἔγνωμεν, ἔγνωτε, ἔγνωσαν.

OBSERVATIO.

Reliqua tempora indicatiui formantur, & coniugantur analogè cum verbis Barytonis, formantur autem quaſi à verbis in αω, εω, οω, υω, ablata reduplicatione, ſi ſit.

ιν; ἐδείκνυτον, ἐδεικνύτην; ἐδείκνυμεν, ἐδείκνυτε, ἐδείκνυσαν.

I. Suntne in vſu iſtæ perſonæ?

R. Sunt, ſed vſitatiores ſunt perſonæ tres ſingularis, & tertia pluralis à verbis flexis τιθέω, ἱστάω, διδόω, ἐτίθουν, ἐτίθεις, ἐτίθει, ἐτίθουν, ἵστων, ἵστας, ἵστα, ἵστων, ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου, ἐδίδουν.

I. Quare dixiſti ἵστην, non εἵστην?

R. Quia verba quæ incipiunt à vocali non habent augmentũ ſyllabicum ε, ἵστημι autem non recipit augmentum, qui ι, non mutatur pictura,ſed tempore tantum.

I. Vnde formatur Aoriſtum 2?

R. Ab imperfecto ablata tantum reduplicatione.

I. Quid vocas reduplicationem?

R. In τίθημι, τι, in δίδωμι δι in ἵστημι iota

I. Forma iam Aoriſtum 2. & coniuga.

R. Ab ἐτίθην, ἔθην, ab ἐδίδων, ἔδων, ab ἵστην ἔστην.

Aor. 2. Ἔθην, poſui ἔθης, ἔθη; ἔθετον ἐθέτην, ἔθεμεν, ἔθετε, ἔθεσαν.

Ἔδων, dedi, ἔδως, ἔδω; ἔδοτον, ἐδότην, ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν.

Ἔστην, ſtatui, ἔστης, ἔστη; ἔστητον, ἐστήτην, ἔστημεν, ἔστητε, ἔστησαν.

I. Nihil dixiſti de verbo δείκνυμι?

R. Quia verba in υμι, carent Aoristo 2. cum enim careant reduplicatione, concurreret semper cum imperfecto.

I. Quare dixisti ἔστην, & non ἵστην?

R. Quia debuit auferri reduplicatio ι, supererat στην, at Aorista habent semper augmentum, vnde dictum est ἔστην, ε, notato spiritu leni, quia syllabicum augmentum ἑ notatur semper eo spiritu, in lingua communi.

I. Quare in ἔστην, non adhibuisti α ante terminationes communes dualis & pluralis, sicut ε, in ἔθην, & ο, in ἔδων?

R. Quia Aorista 2. uerborum in μι, non seruant characterem coniugationis, sed temporis: & coniugantur regulariter; exceptis, tantùm tribus ἔθην, & ἔδων, & ἧν, misi. Inde ἔγνων, cognoui, Aoristum secundum sic coniugatur.

Ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω, ἔγνωτον. ἐγνώτην, Ἔγνωμεν, ἔγνωτε, ἔγνωσαν.

OBSERVATIO.

Reliqua tempora indicatiui formantur, & coniugantur analogè cum verbis Barytonis, formantur autem quasi à verbis in αω, εω, οω, υω, ablata reduplicatione, si sit.

τίθημι à θέω, ἵστημι à στάω, δίδωμι à δόω.
Fut. 1. θήσω στήσω, δώσω.
Aor. 1. ἔθηκα ἔστησα, ἔδωκα.
Præt. τέθεικα ἕστακα, δέδωκα.
Plusq. ἐτεθείκειν, ἑστάκειν, ἐδεδώκειν.

I. Nihil dixisti de Futuro 2?

R. Quia omnia verba in μι, carent eo tempore in omni voce: non enim poteſt formari legitimè ab Aoriſto 2. anomalo.

I. Cur dixiſti in Aoriſtis primis ἔθηκα, & ἔδωκα, non ἔθησα, ἔδωσα?

R. Quia, vt dictum eſt in verbis Barytonis, hæc duo verba in μι, habent characterem præteriti in Aoriſto 1. ſicut ἵημι, mitto Aoriſto 1. ἧκα.

I. Cur dixiſti in præterito τέθεικα, per ει, cum in Aoriſto 1. vnde formatur ſit η?

R. Eſſe dialectum doricam, quæ tranſiit in vſum communem; quod commune eſt omnibus verbis in μι, quæ formantur à verbis in εω; vnde ab ἕω ἵημι, mitto, in præterito εἷκα; licet ab Aoriſto 1. ἧκα.

I. Cur dixiſti ἕστακα, in præterito verbi ἵστημι, cùm in Aoriſto primo, vnde formatur, ſit ἔστησα?

R. Eſſe dialectum doricam, quæ mu-

tat η, in α, quæ transiit in vsum communem, in omnibus præteritis verborum in μι, quæ formantur à verbis in αω.

I. Cur notas ἕστακα, spiritu aspero, cum augmentum syllabicum ἐ' notetur spiritu leni.

R. Quia tenet locum vocalis iota præsentis, quæ notatur aspero, quæ mutari non deberet.

Imperatiuus.

I. Vnde formatur præsens imperatiui?

R. A prima persona plurali præsentis indicatiui, mutando μεν, in θι; δίδομεν, δίδοθι; τίθεμεν, τίθετι, ἵσταμεν, ἵσταθι.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem qua verba Barytona, seruatis iisdem terminationibus communibus imperatiui, & semper cum charactere coniugationis.

I. Da exempla & coniuga. Præsens.

R. Τίθετι, pone, τιθέτω, τίθετον, τιθέτων, τίθετε, τιθέτωσαν.

Ἵσταθι, statue, ἱστάτω; ἵστατον; ἱστάτων; ἵστατε, ἱστάτωσαν.

Δίδοθι, διδότω; δίδοτον, διδότων; δίδοτε, διδότωσαν.

Δείκνυθι, δεικνύτω; δείκνυτον, δεικνύτων; δείκνυτε, δεικνύτωσαν.

I. Quare dixisti τίθετι, non τίθεθι?

R. Ne sint consequenter duæ syllabæ aspiratæ.

I. Suntne in vsu istæ personæ?

R. Sunt, sed vsitatiores sunt secundæ personæ, formatæ à tertia imperfecti, vel communis ablato augmento τίθει, ἵστη, δίδω, vel flexi, τίθει, ἵστα, δίδε.

I. Vnde formatur Aoristum 2.

R. A primâ personâ plurali eiusdem temporis indicatiui, mutando μεν, in θι, & ablato augmento ἔστημεν, στῆθι, ἔγνωμεν, γνῶθι.

I. Qua arte coniugatur

R. Eádem quá præsens secundum easdem terminationes communes.

I. Da exemplum & coniuga. Aor. 2.

R. στῆθι, στήτω, στῆτον, στήτων: στῆτε, στήτωσαν. Γνῶθι, γνώτω, γνῶτον, γνώτων, γνῶτε, γνώτωσαν.

I. Da exemplũ de formatis à verbis in εω

R. Illa formari anomale mutando μεν, in σ, ablato semper augmento, ita, ἔθεμεν, θὲς, ἕμεν, ἕς, ἔσχεμεν, σχὲς, & ita de aliis quibus adde vnicum in οω, δίδωμι, ἔδομεν, δὸς, & ita coniugatur.

Θὲς, θέτω, θέτον, θέτων, θέτε, θέτωσαν.
Δὸς, δότω, δότον, δότων, δότε, δότωσαν.

Præteritum.

I. Coniuga præteritum.

R. Formatur & cōiugatur vt Barytona.

Τέθεικε, τεθεικέτω, ἕστηκε, ἑστηκέτω.

Δέδωκε, δεδωκέτω, & ita de aliis personis. Aoristum 1.

I. Forma & coniuga Aoristum 1.

R. Aorista 1. in tribus quæ amiserunt characteres in indicatiuo non sunt in vsu extra indicatiuum, vt ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα. In aliis formatur vt Barytonum & coniugatur, στῆσον, στησάτω, στήσατον, & ita de aliis. *Optatiuus.*

I. Vnde formatur præsens Optatiui?

R. A præsenti indicatiui verborum primitiuorum à τιθέω, ἱστάω, διδόω.

I. Qua arte formatur?

R. Mutando ω, in ην, & addito ι, ad characterem ε, α, ο, vt fiat diphthongus.

Τιθέω, τιθέην, τιθείην, ἱστάω, ἱστάην, ἱσταίην, Διδόω, διδόην, διδοίην.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eádem planè qua Barytona in ην.

I. Coniuga. Præsens.

R. Τιθείην, τιθείης, τιθείη; τιθείητον, τιθειήτην, Τιθείημεν, τιθείητε, τιθείησαν.

Ἱσταίην, ἱσταίης, ἱσταίη, ἱσταίητον, ἱσταιήτην; ἱσταίημεν, ἱσταίητε, ἱσταίησαν.

Διδοίην, διδοίης, διδοίη; διδοίητον, διδοιήτην.
Διδοίημεν, διδοίητε, διδοίησαν.

I. Qua arte formatur & coniugatur Aoristum 2.

R. Vt præsens, ablata sola reduplicatione.

Aorist. 2. θείην; σταίην, δοίην; θείην, θείης, θείη, θείητον, θειήτην; θείημεν, θείητε, θείησαν.

Eodem modo σταίην, σταίης, &c. δοίην, δοίης, &c.

I. Præteritum futurum & Aoristum 1. qua arte formantur & coniugantur.

R. Vt Barytona.

Τεθείκοιμι, τεθείκοις, &c. ἑστήκοιμι, ἑστήκοις, &c. δεδώκοιμι, δεδώκοις, &c.

Fut. Θήσοιμι, στήσοιμι, δώσοιμι.

Aor. στήσαιμι, alia verba carent.

Subiunctiuus.

I. Qua arte formatur præsens Subiunct.

R. A primitiuo flexo, nihil mutando, τιθέω, τιθῶ, ἱστάω, ἱστῶ, διδόω, διδῶ.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem planè qua Barytona flexa.

Τιθῶ, τιθῇς, τιθῇ; τιθῆτον, τιθῶμεν, τιθῆτε, τιθῶσι.

Ἱστῶ, ἱστῇς, ἱστῇ, ἱστῆτον, ἱστῶμεν, ἱστῆτε, ἱστῶσι.

Διδῶ, διδῷς, διδῷ, διδῶτον, διδῶμεν, διδῶτε, διδῶσι.

I. Qua arte formatur & coniugatur Aoristum 2.

R. Eadem

R. Eadem planè quâ præsens ablatâ reduplicatione.

Aor. 2. Θῶ, θῇς, θῇ, θῆτον, θῶμεν, θῆτε, θῶσι.
στῶ, στῇς, στῇ, στῆτον, στῶμεν, στῆτε, στῶσι.
Δῶ, δῷς, δῷ, δῶτον, δῶμεν, δῶτε, δῶσι.

I. Cur dixisti in præsenti ἱστᾷς, ἱστᾷ, & in Aoristo 2. στῇς, στῇ.

R. Quia præsens coniugari debet, vt flexa verba in αω, τιμάω, Aor. verò secundum seruat vbique suum η, quamuis aliqui etiam in præsenti illud adhibeant ἱστῇς, ἱστῇ.

Præteritum & Aoristum 1. analoga cum Barytonis, Τεθείκω, τεθείκῃς, τεθείκῃ, τεθείκητον, τεθείκητον, &c. ἑστήκω, ἑστήκῃς, δεδώκω, δεδώκῃς, δεδώκῃ, &c.

Aoristum 1. στήσω, στήσῃς, στήσῃ, &c. alia verba carent.

Infinitiuus.

I. Vnde formatur infinitiuus præsens?

R. A Præsenti verbi primitiui mutando ω, ναι, Τιθέω, τιθέναι, ἱστάω, ἱστάναι, διδόω, διδόναι, δεικνύω, δεικνύναι.

I. Vnde formatur Aoristum 2.

R. A præsenti ablata reduplicatione, & mutatâ penultimâ breui in longam, ε in ει, α in η, ο in ου.

Τιθέναι, θεῖναι, ἱστάναι, στῆναι, διδόναι, δοῦναι.

Reliqua temporum infinitiui formantur, vt Barytona.

τεθεικέναι, ἑστηκέναι, δεδωκέναι. Præter.
στῆσαι, reliqua carent. Aorist. I.
Θήσειν, στήσειν, δώσειν. Fut. I.

Participium.

I. Vnde formatur præsens participij.

R. A præsenti primitiuo, mutando ω, in ς, & ex ε, & ο, facta diphthongo ει, ου, α remanente longa.

Τιθέω, τιθεὶς, ἱστάω, ἱστὰς, διδόω, διδοὺς. Declinantur autem vt Barytonum λυθεὶς.

I. Vnde formatur Aorist. 2.

R. A præsenti ablata tantùm reduplicatione θεὶς, στὰς, δοὺς, declinantur eodem modo.

Reliqua tempora analoga sunt Barytonis.

Τεθεικὼς, ἑστηκὼς, δεδωκὼς, Præter.
στήσας· reliqua verba carent. Aorist. I.
στήσων, θήσων, δώσων, Fut. I.

Passiuum in μι.

Quæ tempora terminantur in μαι, & in μην, sicut in barytonis, ita in verbis in μι, coniugantur Passiuè, secundum easdem communes terminationes μαι, σαι, ται, μην, σο, το, μεθον; σθον, σθην μεθα, σθε: seruatis tamē coniugationis characteribus, vt in actiuo.

Indicatiuus.

I. Vnde formatur Præſens indicatiui paſſiui?

R. A præſenti primitiui actiui, mutando ω, in μαι, πθέω, τίθεμαι, ἱςάω, ἵςαμαι, διδόω, δίδομαι, δεικνύω, δείκνυμαι.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem qua tempora barytona in μαι, ſeruatis tamen coniugationis characteribus.

I. Da exempla, & coniuga Præſens.

R. τίθεμαι, τίθεσαι, τίθεται; τιθέμεθον, τίθεσθον, τιθέμεθα, τίθεσθε, τίθενται.

ἵςαμαι, ἵςασαι, ἵςαται, ἱςάμεθον, ἵςασθον, ἱςάμεθα, ἵςασθε, ἵςανται.

Δίδομαι, δίδοσαι, δίδοται, διδόμεθον, δίδοσθον, διδόμεθα, δίδοσθε, δίδονται.

Δείκνυμαι, δείκνυσαι, δείκνυται, δεικνύμεθον, δείκνυσθον, δεικνύμεθα, δείκνυσθε, δείκνυνται.

I. Cur in ſecunda Perſona ſingulari non dixiſti, τίθη, ἵςα, δίδω, ſicut in barytonis?

R. Hoc eſſe proprium verborum in μι, vt ſeruent μαι, σαι, ται: quamuis poſſit etiam fieri contractio Atticè, ſicut in barytonis: vnde poteſt dici τίθεσαι, & τίθη, ἵςασαι, & ἵςα, δίδοσαι, & δίδω.

I. Vnde formatur imperfectum?

R. Semper in omni voce à præſenti, mutata terminatione μαί, in μην, & addito augmento.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem qua tempora barytona in μην, ſeruatis tamẽ coniugationis characteribus.

I. Da exempla, & coniuga. Imperf.

R. Ἐτιθέμην, ἐτίθεσο, ἐτίθετο, ἐτιθέμεθον, ἐτίθεσθον, ἐτιθέσθην, ἐτιθέμεθα, ἐτίθεσθε, ἐτίθεντο.

Ἱστάμην, ἵστασο, ἵστατο, ἱστάμεθον, ἵστασθον, ἱστάσθην, ἱστάμεθα, ἵστασθε, ἵσταντο.

Ἐδιδόμην, ἐδίδοσο, ἐδίδοτο, ἐδιδόμεθον, ἐδίδοσθον, ἐδιδόσθον, ἐδιδόμεθα, ἐδίδοσθε, ἐδίδοντο.

Ἐδεικνύμην, ἐδείκνυσο, ἐδείκνυτο, ἐδεικνύμεθον, ἐδείκνυσθον, ἐδεικνύσθην, ἐδεικνύμεθα, ἐδείκνυσθε, ἐδείκνυντο.

I. Cur dixiſti ἐτίθεσο, in ſecunda perſona ſingulari, ἵστασο, ἐδίδοσο, & non ἐτίθου, ἵστω, ἐδίδου?

R. Quia hoc eſt proprium verborum in μι, vt ſeruent μην, σο, το, quamuis etiam contractio Attica poſſit hic habere locum; vnde poteſt dici ἐτίθεσο, & ἐτίθου, ἵστασο, & ἵστω, ἐδίδοσο & ἐδίδου.

OBSERV.

OBSERVATIO.

Carent passiua Aoristo secundo: sed media vox habet, formatum semper ab imperfecto: vnde hic videtur collocandum, quia in medio, idem est præsens & imperfectum cum passiuo, in omni modo.

I. Vnde formatur Aoristum 2. medium?

R. Ab imperfecto, ablatâ solâ reduplicatione.

I. Qua arte coniugatur.

R. Eadem planè qua imperfectum.

I. Da exempla, & coniuga. Aor. 2. med.

R. Ἐθέμην, ἔθεσο, ἔθετο, ἐθέμεθον, ἔθεσθον, ἐθέσθην, ἐθέμεθα, ἔθεσθε, ἔθεντο.

Ἐστάμην, ἔστασο, ἔστατο, ἐστάμεθον, ἔστασθον: ἐστάσθην, ἐστάμεθα, ἔστασθε, ἔσταντο.

Ἐδόμην, ἔδοσο, ἔδοτο, ἐδόμεθον, ἔδοσθον, ἐδόσθην, ἐδόμεθα, ἔδοσθε, ἔδοντο.

Reliqua tempora sunt cum Barytonis communia. Præteritum τέθειμαι, ἕσταμαι, δέδομαι.

Plusquam perfectum ἐτεθείμην, ἑστάμην, ἐδεδόμην.

I. Quid differt, ἐστάμην, Aorist. secundi à Plusquam.

R. Solo spiritu leni in Aoristo 2. aspe-

ro in plusquam.

Aoristum 1. ἐτέθην, ἐστάθην, ἐδόθην.

I. Cur à τέθειται, formas Aoristum 1. ἐτέθην, non ἐθέθην?

R. Primo ponitur τ, ne duæ syllabæ consequenter incipiant ab aspirata; Secundo ponitur ε, non ει, quia formatur à regulari θέθεται, vt esse deberet; vide sequentem Obseruationem.

Fut. 1. τεθήσομαι, σταθήσομαι, δοθήσομαι.

Paulò post futurum τεθείσομαι, ἑστάσομαι, δεδόσομαι.

Hæc omnia coniugantur more barytonorum.

OBSERVATIO.

Nota, Præteritum in μι, seruare characterem breuẽ, etiamsi Præteritum actiuum habeat longum; vt δέδωκα, δέδομαι, ἕστηκα, ἕσταμαι, cum tamen flexa seruent longum in Præterito, δηλόω, δεδήλωκα, δεδήλωμαι, excipitur τέθεικα, quod seruat ει, & τέθειμαι, non τέθεμαι, vt esse deberet.

Imperatiuus.

I. Vnde formatur imperatiuus?

R. Ex secunda persona imperfecti abla-

to augmento. Ἐτίθεσο, τίθεσο, ἵστασο, ἵστασο, ἐδίδοσο, δίδοσο.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem planè qua barytona, additis communibus terminationibus paſſiuis imperatiui, σθω, σθον, σθων, σθε, σθωσαν.

I. Coniuga. Præſens.

R. Τίθεσο, τιθέσθω, τίθεσθον, τιθέσθων, τίθεσθε, τιθέσθωσαν.

Ἵστασο, ἱστάσθω, ἱστάσθον, ἱστάσθων, ἵστασθε, ἱστάσθωσαν. Δίδοσο, διδόσθω, δίδοσθον, διδόσθων, δίδοσθε, διδόσθωσαν.

Δείκνυσο, δεικνύσθω, δείκνυσθον, δεικνύσθων, δείκνυσθε, δεικνύσθωσαν.

I. Vnde formatur Aoriſtum 2.

R. A præſenti, ablata ſola reduplicatione & eadem arte coniugatur.

I. Da exempla & coniuga. Aor. 2.

R. Θέσο, θέσθω, θέσθον, θέσθων, θέσθε, θέσθωσαν. Στάσο, στάσθω, στάσθον, στάσθων, στάσθε, στάσθωσαν. Δόσο, δόσθω, δόσθον, δόσθων, δόσθε, δόσθωσαν.

Reliqua tēpora cum barytonis analoga.

Perfectum, τέθεισο, τεθείσθω, ἕστασο, ἑστάσθω, δέδοσο, δεδόσθω.

Aor. 1. τέθητι, τεθήτω, δόθητι, δοθήτω, στάθητι, σταθήτω.

Optatiuus.

I. Vnde formatur præsens Optat. passiui.

R. A præsenti actiui, mutando ην, in μην, τιθείην, τιθείμην, ἱσταίην, ἱσταίμην, διδοίην, διδοίμην.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem qua barytona tempora in μην, seruatis semper temporis characteribus, ει, αι, οι.

I. Coniuga. Præsens.

R. Τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο, τιθείμεθον, τιθεῖσθον, τιθείσθην, τιθείμεθα, τιθεῖσθε, τιθεῖντο.

Ἱσταίμην, ἱσταῖο, ἱσταῖτο; ἱσταίμεθον, ἱσταῖσθον, ἱσταίσθην; ἱσταίμεθα, ἱσταῖσθε, ἱσταῖντο.

Διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο; διδοίμεθον, διδοῖσθον, διδοίσθην, διδοίμεθα, διδοῖσθε, διδοῖντο.

I. Vnde formatur Aoristum 2?

R. A præsenti, ablata sola reduplicatione, & eodem modo coniugatur.

I. Coniuga. Aoristum 2.

R. Θείμην, θεῖο, θεῖτο, &c. σταίμην; σταῖο, σταῖτο, &c. δοίμην, δοῖο, δοῖτο.

Reliqua tempora analoga sunt cum barytonis τεθείμην, τεθεῖο; τεθεῖτο Præteritum Ἑσταίμην, ἑσταῖο, ἑσταῖτο.

Δεδοίμην,

Δεδοίμην, δεδοῖο, δεδοῖτο.

Τεθείην, τεθείης, τεθείη. Aoristum 1.

σταθείην, σταθείης, σταθείη.

Δοθείην, δοθείς, δοθείη.

Τεθησοίμην, τεθήσοιο, τεθήσοιτο. Fut. 1.

σταθησοίμην, σταθήσοιο, σταθήσοιτο.

Δοθησοίμην, δοθήσοιο, δοθήσοιτο.

Paulo post Futurum.

Τεθεισοίμην, τεθείσοιο, τεθείσοιτο.

Ἑστασοίμην, ἑστάσοιο, ἑστάσοιτο.

Δεδοσοίμην, δεδόσοιο, δεδόσοιτο.

Subiunctiuus.

I. Vnde formatur præsens subiunctiui passiui?

R. A præsenti actiuo, addita tantum terminatione passiua μαι, τιθῶ τιθῶμαι.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem planè qua barytona flexa subiunctiua, seruatis characteribus longis η, α, ω.

I. Coniuga. Præsens.

R. Τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται, τιθώμεθον, τιθῆσθον, τιθώμεθα, τιθῆσθε, τιθῶνται.

Ἱστῶμαι, ἱστᾷ, ἱστᾶται, ἱστώμεθον, ἱστᾶσθον, ἱστώμεθα, ἱστᾶσθε, ἱστῶνται.

Διδῶμαι, διδῷ, διδῶται; διδώμεθον, διδῶσθον; διδώμεθα, διδῶσθε, διδῶνται.

I. Vnde formatur Aoristum 2?

R. A præsenti, ablata sola reduplicatione, & eodem modo coniugatur, nisi quod στῶμαι, habet η, pro α, vt in actiuo.

Θῶμαι, θῇ, θῆται, στῶμαι, στῇ, στῆται.

Δῶμαι, δῷ, δῶται. Aoristum. 2.

Reliqua tempora sunt analoga cum barytonis.

Τεθῶμαι, τεθῇ, τεθῆται. Præteritum.

Ἑστῶμαι, ἑστᾷ, ἑστᾶται, Δεδῶμαι, δεδῷ, δεδῶται,

τεθῶ, τεθῇς, τεθῇ. Aoristum 1.

σταθῶ, σταθῇς, σταθῇ. Δοθῶ, δοθῇς, δοθῇ.

Infinitiuus.

I. Vnde formatur præsens infinitiui passiui?

R. Vt in barytonis, à secunda persona plurali præsentis indicatiui, mutando ε, in αι. Τίθεσθε, τίθεσθαι, ἵστασθε, ἵστασθαι. Δίδοσθε, δίδοσθαι

I. Vnde formatur Aoristum secundum medium?

R. Semper à præsenti, ablata tantum reduplicatione, Θέσθαι, στάσθαι, δόσθαι, Aor. 2.

Reliqua tempora analoga cum Barytonis formantur eodem planè modo à secunda persona plurali mutando ε, in αι.

Præter. Τεθεῖσθαι, ἑστᾶσθαι, δεδόσθαι.

Aor. 1. Τεθῆναι, σταθῆναι, δοθῆναι.

Fut. 1. Τεθήσεσθαι, σταθήσεσθαι, δοθήσεσθαι.

Paulo post fut. τεθήσεσθαι, ἑϛάσεσθαι, δεδόσεσθαι.

Participium.

I. Vnde formatur participij passiui præsens.

R. Vt Barytona à præsenti indicatiui passiui, mutando μαι in μενος.

τιθέμενος, ἱϛάμενος, διδόμενος. Præsens.

I. Vnde formatur Aoristum secundum?

R. A præsenti ablata reduplicatione.

θέμενος, ϛάμενος, δόμενος. Aoristum 2.

Reliqua tempora analoga sunt cum Barytonis. τεθημένος, ἱϛαμένος, δεδομένος. Præt.

τεθεὶς, ϛαθεὶς, δοθεὶς. Aorist. 1.

τεθησόμενος, ϛαθησόμενος, δοθησόμενος. Fu. 1.

Paulo post futurum.

τεθεισόμενος, ἑϛατόμενος, δεδοσόμενος.

Medium.

Verba in μι, carent futuro secundo, & præterito medio. De Aoristo secundo actum iam est in passiuo, præsens & imperfectum idem sunt cum passiuo: vt in Barytonis, supersunt igitur tantum duo tempora verbi medij Aoristum primum, & Futurum primum quæ analoga sunt cum verbis Barytonis, in omni modo: Vnde formantur & coniugantur vt futura & Aorista Barytona.

Aoriſtum primmm.

Εϛησάμην ; ϛῆσαι , ϛησαίμην , ϛήσωμαι , ϛήσασθαι, ϛησάμενος. ἐθηκάμην , in ſolo indicatiuo vſurpandum. ἐδωκάμην, vix in vſu eſt.

Futurum I.

Θήσομαι, θησοίμην , θήσεσθαι, θησόμενος.
ϛήσομαι, ϛησοίμην , ϛήσεσθαι, ϛησόμενος.
Δώσομαι, δωσοίμην, δώσεσθαι , δωσόμενος.

OBSERVATIO.

Ex verbis in μι , *quatuor dumtaxat habentur integra* τίθημι , *pono* ἵημι , *mitto* , ἵϛημι *ſtatuo* , δίδωμι *do, reliqua vel anomala vel defectiua , de quibus ſupereſt dicendum ſi prius de verbo integro* ἵημι , *mitto dictum fuerit : nam videtur illud attexendum integris & analogis.*

Ἵημι *mitto.*

I. Vnde formatur verbum ἵημι, mitto?

R. A verbo ἕω , notato ſpiritu aſpero, formatione quaſi ab ἱέω , ἵημι , vt à τιθέω τίθημι.

I. Qua arte coniugatur ?

R. Planè vt τίθημι.

Vnde primas dumtaxat perſonas temporum adſcribam ſi tamen ſit aliquid Anomaliæ obſeruabitur in ſingulis.

Præſens ἵημι, mitto, ἵης, ἵησι. D. ἵετον,&c.

Tertia pluralis ἰέασι, inuſitata, Ionica ἱέασι, in vſu & contractè ἰᾶσι, inde compoſita εἰσίασι, intromittunt, προσίασι, admittunt.

Imperfectum, ἵην, ἵης, ἵη, D. ἵετον, &c. vſitatius eſt à verbo ἱέω, ἵουν, ἵεις, &c.

Perfectum, εἶκα, εἶκας, εἶκε, &c. per ει, non per η, licet ab Aoriſto primo, ἧκα, bœotica dialecto, vt τέθεικα.

Pluſquam perfectũ, εἵκειν, εἵκεις, εἵκει, &c.

Aoriſtum 1. ἧκα, ἧκας, ἧκε, cum charactere præteriti, vt dictum eſt in notis ad artem coniugandi.

Aoriſtum 2. ἧν, ἧς, ἧ, D. ἕτον, ἕτην, ἕμεν, ἕτε, ἕσαν, fit ab imperfecto ablata reduplicatione iota.

Fut. 1. ἥσω, ἥσεις, ἥσει, &c. Fut. 2. caret.

Imperatiui præſens, ἵεθι, ἱέτω, &c. vt τίθετι.

Aoriſtum 2. ἕς, ἕτω, &c. vt θές.

Optatiui præſens, ἱείην, ἱείης, vt τιθείην.

Aoriſtum 2. εἵην, vt θείην.

Subiunctiui præſens ἱῶ vt τιθῶ.

Aoriſtum 2. ὧ, vt θῶ.

Infinitiui præſens ἱέναι. Aoriſt. 2. εἷναι.

Particip. ἱείς. Aoriſt. 2. εἵς.

Obſerua nihil dictum de præterito & futuro primo quia formantur in omnibus modis more ba-

rytonorum. Aoristum autem primum non est in vsu nisi in solo indicatiuo actiuo & medio.

Passiuum ἵεμαι, vt τίθεμαι.

Imperfectum ἱέμην, vt ἐτιθέμην.

Perfectum εἷμαι, vt τέθειμαι. plusq. εἵμην.

Aorist. 1. ἕθην, & εἵθην. Fut. 1. ἑθήσομαι.

Ab his formantur tempora aliorum modorum eodem planè modo atque à verbo τίθεμαι.

Medium.

Aoristum 1. ἡκάμην, vt ἐθηκάμην.

Aoristum 2. ἕμην, imperat. ἕσο, Optat. εἵμην, Sub. ὧμαι, Inf. ἕσθαι, part. ἕμενος.

Anomala in μι.

A verbo ἕω, pro vario spiritu varia verba formantur & analogè ad alia verba in μι, & anomalè. Vt notatur spiritu leni ἕω, formatur inde εἰμὶ sum, εἶμι vado & ἵημι vado, ἵημι analogum est. ἕω, muta ω in μι, fiet ἕμι, adde reduplicationem impropriam iota fiet ἵεμι muta iam penultimam breuem in longam, ε, in η fiet ἵημι vado; εἰμὶ, sum & εἶμι vado anomale, mutato ω, in μι, non præponitur ι, ἵεμι, sed Metathesi postponitur εἰμὶ sum, εἶμι vado.

Εἰμὶ sum.

I. Qua arte coniugatur εἰμὶ, sum?

R. Eadem qua alia verba in μι.

I. Coniuga. Præsens.

R. Εἰμί, εἶς, vel εἶ, ἐστὶ; ἐστὸν; ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσί.

I. Heus tu! quanta anomalia à verbo ἴϑημι?

R. Modica ſed explicanda ſi interroges.

I. Cur dixiſti in tertia ſingulari ἐςὶ, loco εἰσὶ, vt dicendum erat?

R. Vt ſit diſcrimen à tertia plurali indu- cta eſt hæc perſona ἐςὶ, quæ dorica eſt, à qua deinde deriuata eſt litera σ, ad alias perſonas dualis & pluralis ἐςὸν, ἐσμὲν, ἐςὲ, cum ex arte coniugandi verba in μι, deberet eſſe ἐτὸν, ἐμὲν, ἐτὲ.

I. Cur notatur accentu in vltima, cum omnia verba diſſyllaba in μι, notentur flexo in penultima?

R. Primo quia eſt tempus encliticum in omni numero & perſona, excepta Secunda ſingulari, εἶ, ſecundo vt ſit diſcrimen à verbo εἶμι; vado.

I. Qua arte formatur & coniugatur imperfectum.

R. Eadem qua alia verba in μι, mutando μι, in ν, & ει, in η, εἰμὶ, εἶν, ἦν, eram. Coniugatur planè vt Barytona in ην. ἦν, ἦς, ἦ; ἦτον, ἤτην; ἦμεν, ἦτε; ἦσαν. Imperf.

Nota verbum εἰμὶ ſum, præterito carere, ſed vtendum imperfecto, fui, ἦν, fuiſti, ἦς, & ita de aliis.

Nota ſecundo tertiam ſingularem, ἦ erat

parum vsitatam sed pro ea dici ἦν, erat.

Nota tertio anomalè ad verba in μι, seruatam esse longam η, in duali & plurali cum debuisset esse ε, ἔτον, ἔτην, &c.

I. Plusquam perfectum vnde formatur?

R. Nullum dari actiuum sed pro eo vsurpari imperfectum medium ἤμην, eram vel fueram formatum à præsenti inusitato ἕμαι, ἕμην & augmento ἤμην.

I. Qua arte coniugatur?

R. Planè vt barytona in μην.

I. Coniuga. Imperfectum medium.

R. Ἤμην, ἦσο, ἦτο, ἤμεθον, ἦσθον, ἤσθην; ἤμεθα, ἦσθε, ἦντο.

Nota hoc verbum habere tantum præsens imperfectum & Futurum primum.

I. Futurum 1. vnde Formatur?

R. Nullum dari nisi medium ἔσομαι, ero vel fuero, formatũ quasi ab ἔω, ἔσω, ἔσομαι.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem planè qua Barytona in μαι.

I. Coniuga. Futurum 1. medium.

R. Ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσεται, & syncopè ἔσται.
ἐσόμεθον, ἔσεσθον;
ἐσόμεθα, ἔσεσθε, ἔσονται.

Obserua verbum εἰμὶ, carere perfecto & plusquam perfecto duobus Aoristis & Futuro secundo

cundo; vnde nihil est ei nisi præsens, imperfectum, & Futurum primum. Cum vero præsens & imperfectum sint idem in aliis modis fit vt Imperatiuus & Subiunctiuus habeant tantum præsens; Optatiuus autem Infinitiuus & participiuum duo tantum tempora, præsens & futurum.

Imperatiuus.

I. Vnde formatur imperatiuus, & qua arte coniugatur?

R. Vt alia verba in μι, à prima plurali mutando μεν, in θι, ἐσμὲν, ἔσθι, at anomalum est in litera ε, quæ mutatur in iota, ἴσθι. Coniugatur autem actiué, ἴσθι; vel ἔσο, ἔστο, D ἔστον, ἔστων, P. ἔστε, ἔστωσαν.

Optatiuus.

I. Vnde formatur Optatiuus?

R. Vt alia verba in μι, à præsenti verbi primitiui ἔω, mutando ω, in ην, & addito iota ad ε, vt fiat diphthongus ἔω, ἔην, εἴην, essem vel fuissem.

I. Qua arte coniugatur?

R. Regulatiter vt Barytona in ην.

I. Coniuga. Præsens.

R. Εἴην, εἴης, εἴη; D. εἴητον, εἰήτην;

P. Εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Caret aliis temporibus præterquam futuro 1. medio.

I. Futurum 1. vnde formatur?

R. A futuro indicatiui vt verba Barytona mutando ομαι, in οιμην, ἔσομαι, ἐσοίμην & vt Barytona coniugatur.

I. Coniuga. Futur. 1.

R. Ἐσοίμην, vtinam ſim ἔσοιο, ἔσοιτο,

D. Ἐσοίμεθον, ἔσοισθον, ἐσοίσθην;

P. Ἐσοίμεθα, ἔσοισθε, ἔσοιντο.

Subiunctiuus.

I. Vnde formatur Subiunctiuus?

R. Vt alia Verba in μι, à primitiuo contracto ἒω, ὦ, ſim vel fuerim & coniugatur vt Barytona.

I. Coniuga. Præſens.

R. Ὦ, ᾗς, ᾗ, ἦτον, ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Infinitiuus.

I. Vnde formatur infinitiuus?

R. A primitiuo mutando ω, in ναι, ἔω, ἔναι, & addito iota ad ε, εἶναι, eſſe vel fuiſſe.

I. Vnde formatur Futurum 1.

R. Vt Barytona à ſecunda plurali mutando ε, in αι, ἔσεσθε, ἔσεσθαι, futurum eſſe.

Participium.

I. Vnde formatur participium?

R. Cum deberet eſſe regulariter εἷς, quo vtuntur Æoles, anomalè formatur à primitiuo ἔω, ἐών, Ionicum & apocope ὤν, οὖσα, ὄν, quod eſt in vſu communiter; declinatur autem, vt alia participia in ων.

I. Futurum 1. vnde formatur?

R. Vt futura Barytona media mutando μαι, in μενος, ἔσομαι, ἐσόμενος, futurus. declinatur autē vt alia participia, ἐσόμενος, ἐσομένη, ἐσόμενον.

Εἶμι, *Vado.*

I. Vnde formatur verbum εἶμι, vado?

R. A verbo ἔω, seu Poëtico εἴω, mutando ω, in μι, εἴω, εἶμι.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem qua alia verba in μι.

I. Coniuga. Præsens.

Εἶμι, εἶς, vel εἶ, εἶσι; D. ἴτον;

P. ἴμεν, ἴτε, εἴσι, Ionicè ἴασι.

I. Cur notas accentu flexo & non acuto, vt εἰμὶ, sum?

R. Quia præter duo enclitica εἰμὶ sum, & φημὶ dico reliqua dissyllaba in μι, notantur flexo in penultima, vt γνῶμι noui, κλῦμι audio, δῦμι subeo, & similia.

I. Cur dixisti in duali & plurali ἴτον, non ἔτον, per ε, qui est character verborum in μι, à verbis in εω?

R. Quia in verbis dum formantur tempora, ab ει aufertur semper ε, vt λείπω, linquo Aor. 2. ἔλιπον, πείθω, ἔπιθον.

I. Vnde formatur imperfectum?

R. Semper à præsenti mutando μι, in ν,

vt alia verba in μι, εἶμι, ἐὼν, & coniugatur regulariter, vt Barytonr in ειν, breuiata tamen penultima in duali & plurali, vt in præsenti.

I. Coniuga. Imperfectum.

R. Εἴειν εἴεις, εἴει, D. ἴτον, ἴτην, P. ἴμεν, ἴτε, ἴσαν.

Nota hoc verbum, εἶμι, vado carere futuris unde præsens apud Oratores significat vado & vadam. Caret etiam præterito plusq. & Aoristo 1. toto Subiunctiuo, Optatiuo, & Participio, habet autem tantum præsens imperatiui & infinitiui.

I. Vnde formatur imperatiuus?

R. Semper à prima plurali mutando μεν, in θι; ἴμεν, ἴθι, vade. Et coniugatur actiuè, vt Barytona.

I. Coniuga. Imperatiui, præsens.

R. S. ἴθι, ἴτω, D. ἴτον, ἴτων, P. ἴτε, ἴτωσαν.

I. Infinitiuus vnde formatur.

R. A primitiuo εἴω, mutando ω, in ναι, εἴω, εἶναι, vadere.

I. Nihil dixisti de Aoristo 2?

R. Habet Aoristum secundum Barytonum in omni modo præter infinitiuum, formatum regulariter ab εἴω, ἴον, vt ab εἴδω, video ἴδον; & vbique formatur & coniugatur, vt Aorista secunda Barytona.

I. Coniuga in omni modo.

R. Indicat. ἶκν, ἶες, ἶε. D. ἶετον, ἶετην, P. ἴομδν, ἴετε, ἴον.

Imperat. ἴε, ἰέτω. D. ἴετον, ἰέτων, &c.

Optat. ἴοιμι, ἴοις, ἴοι, ἴοιτον, &c.

Subiunct. ἴω, ἴῃς, ἴῃ, ἴητον, &c.

Part. ἰὼν, ἰοῦσα, ἰόν.

I. Daturne medium verbi εἶμι, vado

R. Datur tantum Præteritum εἶα, Atticè ἦα, & solutione ἤια, & plusquam perfectum Atticum ᾔειν, quod regulariter coniugatur, ᾔειν, ᾔεις, ᾔει. Tertia pluralis ᾔεισαν Atticè, ᾔεσαν, ἀνῄεσαν, redierunt; ἐξῄεσαν, exierunt, reliquis temporibus caret.

OBSERVATIO.

Huius verbi εἶμι, *vado aliqua alia tempora & personæ reperiuntur, vt secunda persona præsentis* εἶς, *&* εἶ, *vnde* ἄπει, *abis & abibis, ita secunda imperatiuus* ἴθι, *vnde* δίει, *progredere*, ἔξει, *egredere. Inueniuntur etiam verbalia à tertia præteriti passiui quasi ab* εἶται, *ablato* ε, ἰτέον, *eundum est &* ἰτητέον, *inde formata deriuatiua* εἰσιτήριος λόγος, *oratio qua salutatur quis in ingressu. Plurale plusquam perfecti* ᾔειμεν, ᾔειτε ᾔεσαν, ᾔεσαν, *& syncope* ἦμεν, ἦτε, ἦσαν, *inde composita* ἐπεξῆμεν, *eruperamus* προσῆμεν, *accesseramus. Vsitatissima etiam*

tertia pluralis ionica ἴασι, *potissimum in compositis*, προσίασι, *adeunt* εἰσίασι, *ingrediuntur* πρόϊασι, *prodeunt* ἀνίασι, & ἀνιᾶσι, *ascendunt*, κατίασι, & κατιᾶσι, *descendunt* διΐασι, & διϊᾶσι, *traiiciunt*, μετίασι, & μετιᾶσι, *persequuntur*.

Ἴημι, *Vado*.

I. Vnde formatur ἴημι, vado?

R. Ab ἴω, spiritu leni regulari formatione quasi ab ἴεω, ἴημι, vt à τιθέω, τίθημι.

I. Qua arte coniugatur

R. Regulari vt τίθημι, ἴημι, ἴης, ἴησι, &c. Prima pluralis ἴεμεν, inde ἀνίεμεν, ascendimus κατίεμεν, descendimus.

Imperfectum, ἴην, inde ἴεσαν, Tertia pluralis, ibant.

Aoristum 2. ἦν, inde παρῆν, adueniebam.

Optat. εἴην, εἴης εἴη, irem.

Infinit. ἰέναι, ire, inde ἀπιέναι, abire προσιέναι, accedere, μετιέναι, persequi.

Partic. ἰεὶς, ἰεῖσα, ἰέν.

Medij præsens ἴεμαι, ἴεσαι, ἴεται, proficiscitur.

Imperat. ἴεσο, ἰέσθω.

Particip. ἰέμενος, proficiscens.

Ἵεμαι, *Concupisco*.

I. Quot habet tempora verbum deponens ἵεμαι, concupisco?

R. Duo tantum vſitata præſens & imperfectum, ἵεμαι, coniugatur, vt τίθεμαι, compoſitnm ἐφίεμαι, deſidero, ἱέμην, ἐφιέμην, vt ἐτιθέμην.

Ἧμαι, *Sedeo.*

I. Vnde formatur verbum deponens ἧμαι, ſedeo?

R. A verbo ἕω; notato ſpiritu aſpero, inde formaretur ἕημι, & eius paſſiuum ἕεμαι, & craſi ἧμαι.

I. Qua arte coniugatur?

R. In omnibus perſonis contractè ideo vbique ſeruat ſuum η, hoc modo, ἧμαι, ἧσαι, ἧται, ἥμεθον, ἧσθον, ἥμεθα, ἧσθε, ἧνται.

Simili ratione imperfectum.

ἥμην, ἧσο, ἧτο, ἥμεθον, ἧσθον, ἥσθην, ἥμεθα, ἧσθε, ἧντο.

Imperat. ἧσο, ἥσθω, ἧσθον, ἥσθων; ἧσθε, ἥσθωσαν.

Infinit. ἧσθαι, Part. ἥμενος.

Obſerua Oratores libentius vti compoſitis eadem ſignificatione κάθημαι, ſedeo, πάρημαι, aſſideo.

Obſerua ſecundo in imperfecto ſi ponatur augmentum ante præpoſitionem notari perſonas omnes acuto, ſin minus flexo, vt ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο. At, καθήμην, καθῆσο, καθῆτο ſedebam.

Obserua tertio in imperatiuo κάθησο, sede Ionicè κάθηο, systole, κάθεο, crasi κάθου sede, καθέσθω.

ΚΕῖΜΑΙ *Iaceo.*

I. Vnde formatur verbum κεῖμαι, iaceo?

R. A verbo κέω, à quo fit κεέω, inde κέημι, cuius passiuum κέεμαι, & crasi κεῖμαι, iaceo.

I. Qua arte coniugatur?

R. Vt ἧμαι, sedeo in omnibus personis contractè; vnde seruat semper suum ει, κεῖμαι, κεῖσαι, κεῖται, κείμεθον, κεῖσθον, κείμεθα, κεῖσθε, κεῖνται.

Imperfectum ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο, &c.

Futura sunt Barytonorum similia, κείσομαι, κεισοίμην, κείσεσθαι, κεισόμενος.

Infinit. κεῖσθαι, Partic. κείμενος.

Obserua hoc verbum habere præsens Optatiui & Subiunct. quasi à verbo κέομαι, Optat. κεοίμην, Subiunct. κέωμαι.

ἼΣΗΜΙ *Cognosco.*

I. Vnde formatur ἴσημι, Cognosco?

R. Ab ἰσάω, vt ἵστημι, ab ἱστάω.

I. Qua arte coniugatur?

R. Eadem qua ἵστημι, seruato in Duali & Plurali charactere α.

ἴσημι, ἴσης, ἴσησι; ἴσατον; ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασι. Syncopen patitur prima & secunda pluralis ἴσαμεν, ἴσμεν, ἴσατε, ἴστε.

I. Cur

I. Cur non notas flexo tertiam pluralem ἴσασι, vt ἱστᾶσι.

R. Quia participium eius ἴσασι anamalè notatur ita, huic autem debet esse conformis tertia pluralis præsentis.

I. Da imperfectum.

R. ἴσην, ἴσης, ἴση; ἴσατον, &c. Tertia pluralis ἴσασαν & syncope ἴσαν, caret aliis temporibus indicatiui.

I. Da imperatiuum.

R. Regularis est ἴσαθι, ἰσάτω, &c. qui & syncopen patitur detrito α., ἴσθι, ἴστω, ἴστον, ἴστων, ἴστε, ἴστωσαν, cæteris modis omnibus caret.

I. Da Passiuum.

R. ἴσαμαι, & interposito τ, ἴσταμαι, scio cuius compositum ἐπίσταμαι, idem significat ἐπίστασαι, vel ἐπίστῃ, ἐπίσταται, &c.

Imperfectum ἐπιστάμην, ἐπίστασο, vel ἐπίστω, ἐπίστατο, Atticè ἠπιστάμην, quia nihil addit ad significatum simplicis.

Fut. 1. ἐπιστήσομαι.

Imperat. ἐπίστασο, & ἐπίστω, ἐπιστάσθω, &c.

Opt. ἐπισταίμην, Subiunct. ἐπίστωμαι, Infin. ἐπίστασθαι, Part. ἐπιστάμενος.

ΦΗΜΙ *Dico.*

I. Vnde formatur φημὶ, Dico?

R. A φάω, φαμὶ, φημὶ sine reduplicatio-

ne, & coniugatur regulariter, vt ἵστημι.

φημὶ, φῂς, φησὶ, φατὸν, φαμέν, φατὲ, φασὶ.

Imper. ἔφην, ἔφης, ἔφη; ἔφατον, ἐφάτην, ἔφαμεν, vt ἵστην.

Aor. 2. ἔφην, ἔφης, ἔφη, ἔφητον, vt ἔστην.

In duali & Plurali obseruas discrimen vtriusque temporis.

Fut. 1. φήσω. Aor. 1. ἔφησα.

Imperat. φάθι, φάτω, &c. Opt. φαίην, Subiunct. φῶ, Inf. φάναι, Part. φάς.

Aor. 2. medium, ἐφάμην, Inf. φάσθαι, Part. φάμενος.

Obserua in secunda persona præsentis positum flexum, ῃ, & cum iota subscripto φῂς, cuius rei ratio ad vsum reiicitur, cum ignoretur causa, nec est Enclitica illa secunda persona, cum omnes aliæ personæ præsentis sint encliticæ.

Obserua secundo Aoristum secundum per aphæresin dici ἦν, ἧς, ἧ; ἦν δ' ἐγώ, inquam ego, ἦ δ' ὅς, inquit ille.



DISSERTATIONES
IN ARTEM GRECE' CONIVGANDI.

DISSERTATIO I.

De Numero coniugationum.

Coniugationum numerum ad ſenarium protendunt Grammatici, quas diſtingui volunt variis characteribus variorum thematum : ita primam coniugationem componunt ex tribus characteribus ϖ, β, φ, ſecundam ex characteribus, γ, κ, χ, & ita de aliis.

Mouentur fortaſſe Grammatici, ad huiuſmodi coniugationum varietatem inuehendam, ex eo quod habeant varios characteres in præteritis & futuris : verum tota hæc difficultas pendere videtur ex vera artis coniugandi definitione ; nam ſi ſit apud Græcos vnica methodus coniugandi, pro omnibus verbis, & vnius formæ, etiam in verbis in μι, & in aliis

anomalis, erit etiam vnica coniugatio.
Assertio vnica.

Coniugare nihil aliud est quam deflectere à themate, seu à prima persona cuiusque verbi, ad formanda tempora, & modos, & ad variandas personas cuiusque temporis.

Vnde duo tantum videtur complecti ars coniugandi. Primo methodum formandi tempora à themate, vt futurum, præteritum & similia. Secundo methodum ea tempora iam formata., in suas personas diffundi.

Cum vero vnica sit methodus, & formandi tempora à themate, & ea tempora iam formata, in suas personas diffundendi, erit vnica coniugatio.
Explicatur.

Apud Latinos varius est coniugandi modus, quia variè formantur tempora & personæ: nam amo habet in futuro amabo, lego in futuro legam, in formatione personarum, amo habet amas amat: doceo doces docet, lego legis legit in infinitiuo quanta varietas, amare docere legere audire.

At in verbis Græcis quanta in omnibus analogia.

τύπτω , τύπτεις , τύπτει.
λέγω , λέγεις , λέγει. & similiter in
πείθω , πείθεις , πείθει. Aliis personis.
στέλλω , στέλλεις , στέλλει. in omni tempore.
λύω , λύεις , λύει.

In formatione temporum, quanta in omnibus conformitas & analogia; futura terminantur in ω, præterita in α, & alia tempora similiter formantur quam analogè. In formatione modorum Imperatiui, Optatiui, Subiunctiui & similium, eadem planè analogia.

Tota difficultas, quæ oriebatur ex diuersitate characterum, videtur discussa: nam character non inuehit nouum coniuganri modum, sed tantum distinguit varia genera verborum, sicut apud Latinos verba tertiæ coniugationis in bo, bibo, do reddo, quo coquo, po rumpo & similia etiamsi variè forment præteritum, & supinum secundum diuersos characteres, non formant tamen diuersam coniugationem, quia habent vnicum coniugandi modum; ita apud Græcos.

Illa tamen varia genera verborum, doctrinæ causa, in sex Classes distribuam,

vt explicetur in singulis varietas characterum. Vide notas in artem coniugandi.

DISSERTATIO II.

De Inuestigatione Thematis.

OPposita sunt inuestigatio thematis & methodus coniugandi; at oppositorum eadem est scientia. Supponimus igitur, eum qui uult inuestigare thema, scire iam artem coniugandi tempora; & ea formandi; hoc est, debet trium potissimũ meminisse. Primo, Tres esse Principes characteres verborum, nimirum characteres præsentis, futuri, præteriti. Secundo, Quinam sint characteres modorum indicatiui, Optatiui, Subiunctiui. Tertio, In formatione temporum à themate, quatuor mutationes contingere posse, terminationes nimirum actiuas, vel passiuas? deinde, aliquando augmentum; tertio mutationem aliquando penultimæ, quarto mutationem characterũ.

Est enim coniugatio digressus à themate per mutationes quatuor accidentium regulares & legitimas, quæ cuique temporí, dum formatur, contingere pos-

ſunt ; nimirnm characteris, augmenti, terminationum, & penultimæ : Vnde inueſtigatio thematis erit regreſſus ad thema per remotionem horum quatuor accidentium, quibus immutatum eſt thema, dum ab eo formantur alia tempora ; & ſicut eadem eſt recta via euntis & redeuntis ; ita & coniugationis, & inueſtigationis ; coniugatio abit à themate, inueſtigatio redit ad thema, per eandem viam, ablatis mutationibus, quæ à coniugatione inuectæ ſunt.

Methodus coniugandi quatuor tantùm mutationes afferre poteſt themati.

Vel auget ſyllabis aut tempore ; vt λύω, ſoluo, ἔλυον, ἄγω, duco, ἦγον : vel mutat terminationem eius ; vt hic ω, in ον, λύω, ἔλυον : vel mutat penultimam ; vt τρώγω, comedo, ἔτραγον : in quo vides tres eſſe mutationes, & ſolas conſonas manere immutatas : vel mutat characterem ; vt πλήττω, percutio, Aor. 2. ἔπλαγον in quo tempore omnes quatuor mutationes contingunt.

Ars inueſtigandi thema eſt, ſcientia remouendi has omnes mutationes, & reuocandi perſonam propoſitam ad proprium thema : vnde de his quatuor mu-

tationibus quomodo remouendæ ſunt, agendum videtur.

De Augmento.

Remouendum eſt omne augmentum, quia illud themati ſuperadditur.

Syllabicum, in imperfecto λύω, ἔλυον, ε; in præterito λέλυκα, λε; in plusquam perfecto ἐλελύκειν, ελε; in duobus Aoriſtis. vt in imperfecto.

Temporale mutandum eſt in ſuas breues.

ω, in ο, vt ὤπαζον, in ὀπάζω.

ῳ, in οι, vt ᾤκιζον, in οἰκίζω.

Η, in ε, ἐλεύθω, ἤλευθον; vel in α, ἦγον, in ἄγω.

ῃ, in αι, ᾖρον, in αἴρω; vel in ᾳ, ᾖδον, in ᾄδω.

ηυ, in αυ ηὔξανον, in αὐξάνω.

ει, in ε, εἶχον, in ἔχω.

De Pleonaſmis Atticis, ἤγαγον, pro ἦγον; ἐλήλυθα, pro ἤλευθα, ἑώρακα pro ὤρακα, & de aliis ſimilibus, conſule notas in artem coniugandi; nam etiam hæc ſunt remouenda.

De penultima mutatione.

Penultimam hic intelligo eam vocalem thematis, quæ ponitur ante characterem præſentis; vt in τύπτω τυ, in λέγω λε, in πείθω πει, in λύω λυ, in σπείρω σπει, in

φιλῶ

φιλῶ φι, in δηλῶ δη, & ita de aliis.

Hæc penultima variè mutatur, vt intelligitur ex notis in artem coniugandi: Sed potissimum in verbis quintæ Classis, in quibus ε, mutatur in α, in præterito; στέλλω, ἔσταλκα, in ο, præterito medio ἔστολα; in ει, in Aor. 1. ἔστειλα.

Ει, mutatur in ε, in futuro, σπείρω σπερῶ, in α, in præterito ἔσπαρκα, in ο, in præterito medio ἔσπορα; αι, mutatur in α, in futuro φαίνω φανῶ, & aliis temporibus in η, cum iota subscripto in præterito medio πέφηνα.

In aliis omnibus omnium Classium verbis non mutatur penultima, nisi in aliquibus in Aoristo 2. vt fiat breuis, ita duæ longæ η, & ω, mutantur in α, vt λήβω ἔλαβον, τρώγω ἔτραγον, ex diphthongis ει, & ευ, aufertur præpositiua ε; vt φεύγω ἔφυγον, πείθω ἔπιθον, In præterito medio ε, dissyllaborum mutatur in ο, λέγω λέλογα, πέμπω πέπομπα, ει, mutatur in οι, vt πείθω πέποιθα, ἀλείφω, ἤλοιφα.

De Characteris mutatione.

Tres sunt Principes characteres in omni verbo, character præsentis, qui est character thematis, hic autem varius est, pro diuersa Classe verborum: charactet

futuri & præteriti in quos mutatur aliquando character thematis, aliquando cum illis coniungitur : vnde de his duobus characteribus agendum.

De Charactere præteriti.

In verbis primæ Classis character præteriti est φ, vt τύπτω τέτυφα, characteres igitur thematis mutantur in φ, vnde φ, potest oriri, vel à π, vt τέρπω τέτερφα; vel à β, vt λείβω λέλειφα, vel à φ, vt γράφω γέγραφα, vel à πτ, vt τύπτω τέτυφα.

In verbis secundæ Classis character præteriti est χ, vt λέγω λέλεχα, characteres igitur thematis mutantur in χ, vnde χ. potest oriri; vel à γ, vt λέγω λέλεχα, vel à κ, vt πλέκω πέπλεχα, vel à χ, vt τρέχω τέτρεχα, vel à κτ, vt τίκτω τέτεχα.

In verbis tertiæ Classis character præteriti est κ, vt πείθω πέπεικα: nam characteres thematis hic mutantur in κ, vnde κ, oriri potest, vel à θ, vt πείθω πέπεικα, vel à δ, vt ᾄδω ᾖκα, vel τ, vt ἀνύτω ἤνυκα.

In verbis quartæ Classis, quæ sequuntur verba secundæ Classis χ, venit à verbis in ζω, vt παίζω πέπαιχα, vel in σσω, vt ὀρύσσω ὤρυχα, quæ sequuntur verba tertiæ Classis κ, venit à verbis pariter in ζω,

vt φράζω πέφρακα, vel in ασω, πλάσω πέπλακα.

In verbis quintæ & ſextæ Claſſis κ, character præteriti ſuperadditur characteri thematis; vnde auferendus eſt niſi in verbis diſſyllabis in ινω, vel υνω, in quibus character thematis ν, mutatur in κ, vt κρίνω κέκρικα, θύνω, τέθυκα.

De Charactere Futuri.

In verbis primæ Claſſis eſt ψ, in quem mutatus eſt character thematis; vnde poteſt oriri vt in præterito à π; vel à β, vel à φ, vel à πτ, τύπτω τύψω, & ita de aliis.

In verbis ſecundæ Claſſis eſt ξ, in quem mutatus eſt character thematis, vnde poteſt oriri, vt in præterito, à γ, vel κ, vel à, χ, vel à κτ, vt λέγω λέξω, & ita de aliis.

In verbis tertiæ Claſſis eſt σ, in quem mutatus eſt character thematis; vnde oriri poteſt, vt in præterito, vel à θ, vel à τ, vel à δ. vt πείθω πείσω, & ita de aliis.

In verbis quartæ Claſſis quæ ſequuntur verba ſecnndæ Claſſis ξ, venit vel à ζω, vel à σσω, quæ ſequuntur verba tertiæ Claſſis σ, venit pariter vel à ζω, vel à ασω.

In verbis quintæ Claſſis λ, μ, ν, ρ, ſunt characteres, futuri ſicut & thematis, ψάλλω ψαλῶ.

In verbis ſextæ Claſſis σ, ſuperadditur charaćteri thematis ; vnde auferendum eſt, λύω λύσω.

De Mutatione terminationum.

Tota facilitas inueſtigationis ſita videtur in intelligentia methodi qua debent mutari terminationes : vt huic difficili per ſe inueſtigationis negotio, facilitas aliqua concilietur ; explicandum eſt, quid intelligam per terminationem.

Terminatio, de qua potiſſimum agitur, eſt id omne quod ponitur poſt charaćterem thematis ; nam cum in omni themare quatuor ſint ; Prima thematis vt in λέγω λ ; penultima, vt λε ; charaćter, vt γ ; terminatio, vt ω, quidquid ponitur poſt λεγ, appellabitur terminatio ; ita in τύπτω, quidquid ponitur poſt τυπ, in πέιθω poſt πειθ, in λύω, poſt λυ, & ita de aliis.

Repetendum memoria quod alibi ſtabilitum eſt ; charaćterem thematis manere, in omnibus temporibus vel per ſe, vt in λύω, υ, vbique manet ; vel in ſua virtute ; hoc eſt, in littera quæ ſit eiuſdem facultatis aut naturæ, atque charaćter. Ita in verbis primæ Claſſis charaćteres thematis manent in φ, & in ψ, charaćte-

res præteriti & futuri, vt explicatum est in arte coniugandi.

In verbis secundæ Classis characteres thematis manent in χ, & ξ, characteres præteriti & futuri.

In verbis tertiæ Classis manent in κ,& σ,

In verbis quintæ & sextæ Classis manent per seipsos vbique characteres thematis. His ita explicatis. Dico facillimam methodum inuestigandi thematis, seu reuocandi quamcumque personam ad thema, esse mutationem terminationis in ω: terminationem intelligo, vt paulo ante explicaui, id omne quod ponitur post characterem thematis: seu ipsemet sit, seu littera quæ teneat eius locum; v. g. τυφθησόμεθα, verberabimur; terminatio est θησόμεθα, quia ponitur post, φ, characterem; qua terminatione mutata in ω, fiet τύφω, illud autem φ intelligitur, ex arte coniugandi: esse characterem præteriti, qui potest oriri, vt dictum est, vel à ϖ, vel à φ, vel à β, vel à πτ, hic oritur à πτ, & format τύπτω. Ita τετυψόμεθον verberabimur paulo post nos duo, ablato augmento τε, & terminatione ομεθον, mutata in ω, fiet τύψω, futuri character

ψ, reuocandus ad characterem præsentis πτ, τύπτω.

Ἐψάλμεθα, celebrati sumus; ablato augmento ε, & mutata terminatione μεθα; in ω, fiet ψάλω, at verba in λω, scribuntur per duplex λλ, vt plurimum ψάλλω.

Λεχθήσεσθε, legemini, mutata terminatione θήσεσθε, in ω, erit λεχω, χ, character præteriti, reuocandus ad characterem thematis γ, λέγω.

Επεἰσθημεν, persuasi sumus, ablato augmento, ε, & mutata terminatione θημεν, in ω, fiet πέισω, σ, futuri character reuocandus ad characterem thematis & erit πέιθω.

Δεδηλώκατε, manifestauistis, ablato augmento δε, & mutata terminatione κατε in ω, fiet δηλώω, at verba huiusmodi non sunt in vsu, nisi apud Poëtas; vnde mutanda est longa vocalis ω, in breuem ο, & erit δηλόω; Ita πεφιλήκατε,, ablato πε, & κατε, in ω, erit φιλήω, η, in breuem, φιλέω, τετιμήκατε, ablato τε, & κατε, in ω, erit τιμήω, η, in α, τιμάω, quia hæc verba in ηω, non sunt in vsu.

Τετύμμεθα, verberati sumus, ablato τε, & μεθα, in ω, mutato, fiet τύμω, ex arte

coniugandi cognoſcitur μ, tenere locum φ, vnde μ, reuocandus eſt ad characteres thematis, & erit τύπτω.

Πεφάμμεθα, manifeſtati ſumus, ablato πε, & μεθα, mutato in ω, fiet φάμω, ex arte coniugandi intelligitur μ, poni loco characteris ν, in verbis quintæ Claſſis in νω: vnde erit φάνω, quia vero verba quintæ Claſſis mutant penultimam vt plurimum, α reduci debet ad αι, & erit φαίνω.

Κέκριμαι, iudicatus ſum, ablato κε, & μαι, mutato in ω, fiet κρίω, quia vero verba diſſyllaba in ινω, vel υνω, perdunt characterem præſentis in præterito, hic reuocandus eſt ν, & erit κρίνω.

Hæc iam propoſita exempla multas patiuntur difficultates quæ veniunt explicandæ, vt methodus tanto fiat certior & dilucidior.

Quæres primo, Qua methodo intelligitur characteres præteriti φ, χ, & κ, & etiam futuri ψ, ξ, σ, reuocandos ad tale thema, cum poſſint ad varia themata reuocari?

R. Vel vſu, optimo Magiſtro, vel opera lexici, in quo reperies κρίω, v. g. pro iudico non eſſe in vſu ſed κρίνω, vnde κέκριμαι, iudicatus ſum, mutata terminatione

μαι, in ω, & ablato augmento, fiet κρίω, & ex lexico κρίνω.

Quæres secundo, Qua methodo intelligitur μ, poni in præterito pro φ, in τέτυμμαι, vel pro ν, in πέφαμμαι?

R. Pauca esse verba quintæ Classis in quibus μ, ponitur pro ν, & communiter ponitur pro φ; discriminis autem ratio non potest intelligi, nisi ex significatione thema quæsieris, verbero τύπτω, in lucem edo φαίνω.

Ad vniuersam thematis inuestigationem aliqua axiomata videntur præsupponenda; vt tironum Ingenia eximantur ab hæsitatione, potissimum in verbis anomalis, de quibus sequentibus dissertationibus disputatur.

Axioma I.

Dato præsenti Indicatiui, datur præsens omnium modorum.

V. g. dato λαμβάνω, datur Imperatiui præsens λάμβανε, Optatiui, λαμβάνοιμι, Subiunctiui λαμβάνω, Infinitiui λαμβάνειν, Particip. λαμβάνων; Passiuum λαμβάνομαι, Imp. λαμβάνου, Opt. λαμβανοίμην, Subiunct. λαμβάνωμαι, Infinit. λαμβάνεσθαι, Partic. λαμβανόμενος, Præsens medij est semper idem

idem cum præſenti paſſiuo, vnde hic ſupponitur.

Axioma II.

Dato præſenti, datur ſemper Imperfectum; ſicut dato præterito, datur ſemper plusquam perfectum.

V. g. λαμβάνω, Imperf. ἐλάμβανον: λαμβάνομαι ἐλαμβανόμην, ita λέληφα, pluſquam ἐλελήφειν λέλημμαι, ἐλελήμμην.

Axioma III.

Dato aliquo tempore Indicatiui, dantur ſimilia tempora modorum eiuſdem vocis, niſi aliter in anomalis caueatur:

V. g. dato Aoriſto ſecundo, ἔλαβον, igitur & Imperatiui λάβε, Opt. λάβοιμι, Sub. λάβω, Inf. λαβεῖν, Partic. λαβών.

Axioma IV.

Dato præterito paſſiuo vſitato, datur & Aoriſtum primum & Fut. 1. niſi aliter in anomalis caueatur.

V. g. Dato λέλημμαι, λέληψαι, λέληπται, datur Aoriſt. 1. ἐλήφθην, Fut. 1. ληφθήσομαι.

Axioma V.

Data prima perſona alicuius temporis, dantur & reliquæ eiuſdem temporis, quamuis non ſemper eiuſdem vſus.

V. g. dato ἐλήφθην, igitur ἐλήφθης, ἐλήφθη, & conſequenter Dualis & pluralis.

Axioma VI.

Verba defectiua non semper gaudent omnibus temporibus, quæ formari possent à primitiuo.

V. g. Τυγχάνω, verbum deriuatum à τεύχω, habet vsitata tempora Aor. 2. ἔτυχον, Præt. τετύχηκα, Paff. τέτευγμαι, Fut. 1. medium τέξομαι, in aliis temporibus desiderem vsum probati Autoris; Imperfectum & plusq. hic supponuntur sicut & paria tempora ex Axiomate 3.

Axioma VII.

Verba anomala deriuata non coniugantur ex se vltra Imperfectum, sed à primitiuo mutuantur alia tempora; verba autem anomala in μι, formant etiam Aoristum secundum.

V. g. λαμβάνω ἐλάμβανον, reliqua tempora habet à λήβω, inusitato & primitiuo suo, à quo formatur, τίθημι, ἐτίθην, ἔθην, reliqua tempora habet à θέω, primitiuo.

DISSERTATIO III.

De Temporum difficultatibus.

DE FVTVRO I.

FAcile eſt futurum primum formare à præſenti, ex regulis in arte coniugandi traditis, vel in notis: futura tamen verborum quartæ Claſſis, & ſextæ, in εω, αω, οω, patiuntur aliquid difficultatis, quia nullis certis regulis comprehendi poſſunt.

Quæritur igiter primo, qua arte formandum ſit futurum primum verborum in ζω, vel σσω, ſeu ττω, nam cum alia horum verborum habeant in futuro ξω, vt verba ſecundæ Claſſis; alia vero habeant σω, vt verba tertiæ Claſſis; difficultas oritur, quibus verbis conueniat ξω, quibus σω, quibus vtrumque.

R. Non dari regulam aliam præter vſum, & lexicon. Vſus quidem docet τάσσω, ordino habere futurum τάξω, πλάσσω, fingo habere πλάσω, παίζω, ludo habere παίξω, & παίσω, & ita de aliis.

Lexicon vero regula facillima, quia

apponit futurum σω, vel ξω, vel vtrumque: nam texere catalogos horum verborum, satis inutile videtur.

Quid vero si lexicon futurum in ξω, vel σω, non notauerit, quo recurrendum?

R, Recurrendum erit ad verbalia, quæ formantur à præterito passiuo, in quibus si fuerit σ, erit à verbo cuius futurum est σω.

Ita πλάσμα figmentum, πλαστὴς fictor, πλάσις fictio, veniunt à πλάσσω, πλάσω, si vero fuerit littera γ, ante terminationes μα; vel κ, ante τ, erit à verbo, cuius futurum est ξω.

Ita τάγμα legio, τάξις ordo, τακτὸς ordinatus veniunt à verbo τάσσω, τάξω.

Quæritur secundo, Qua arte formandum sit futurum primum verborum in αω, εω, οω? Nam alia seruant breues vocales ε, α, ο, alia mutant in longas η, & ω, difficultas igitur est in dignoscendis iis verbis, quæ mutant; & iis quæ non mutant.

R. Nulla certa dari regula potest; licet ab Antesignano tradantur, quæ præterquam quod certæ non sunt, memoriæ sunt oneri, nec plurimum iuuant: igitur recurrendum ad vsum, & ad lexicon.

Vsus docet φιλέω, mutare ε, in η, ad

ſormandum futurum primum, φιλήσω, τιμάω, mutare α, in η; τιμήσω, δηλόω mutare ο, in ω, δηλώσω.

Lexicon ponit futurum ησω, vel ασω, vel εσω, vel οσω, & inde facile formatur futurum primum.

I. Quid vero ſi lexicō iſta non notauerit?

R. Recurrendum eſt ad verbalia; in quibus ſi fuerit η, vel ω, ante terminationes μα, σις, της, & ſimilium; manifeſtum erit venire à verbo quæ mutauit breuem in longam in futuro.

Ita οἴκημα habitaculum, οἴκησις habitatio, οἰκητὴς habitator veniunt à verbo οἰκέω, habito, οἰκησω.

Ita αἴνεσις laudatio, & αἰνετὸς laudabilis, veniunt ab αἰνέω laudo αἰνέσω.

Ita τίμημα pretium, τίμησις æſtimatio, τιμητὴς æſtimator veniunt à τιμάω honoro τιμήσω.

Ita ἀκρόαμα auditum, ἀκρόασις auditio ἀκροατής auditor, veniunt à verbo ἀκροάομαι ἀκροάσομαι.

Ita δήλωμα indicium, δήλωσις manifeſtatio, veniunt à verbo δηλόω manifeſto, δηλώσω.

Ita ἄροσις aratio, ἀρότης arator veniunt ab ἀρόω aro ἀρόσω.

De Futuris I. flexis.

Hic non diſputo de futuris in λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ, quia communia ſunt, ſed de Atticis & contractis quia ſingularia.

Aſſertio prima.

Verba polyſyllaba in ζω, fut. I. σω, vt νομίζω, puto νομίσω, habent ab Atticis, ablato σ, fut. νομιῶ, per ῶ, flexum.

Ita καθαρίζω καθαριῶ, purgabo; γνωρίζω γνωριῶ, notum faciam, & ſimilia.

Quæres, an poſſit propagari ad alios modos præter indicatiuum hic Atticiſmus?

R. Poſſe, & quidem in voce actiua & media, ἀγωνίζομαι ἀγωνιοῦμαι, certabo, βαδίζομαι βαδιοῦμαι, vadam, inde σφετεριεῖσθαι, ſuum facere pro σφετερίσεσθαι, atque hæc vſitatiſſima ſunt apud omne genus Autorum.

Quæres ſecundo, cur non ſit contractio, νομίσω, νομιῶ, νομῶ?

R. Quia ι, ſemper contrahitur in ſeipſum, inde auferretur ſolemnis terminatio futuri: contractio tamen quædam eſt, vt non vocalium, at accentus; quia ex acuto & graui fit flexus.

Aſſertio ſecunda.

Attici contrahunt futura polyſyllaba verborum in άσω, ablato σ, & άω, reli-

cto in ῶ inflexum contracto.

Vt ἐλαύνω, ab ἐλάω, fut. ἐλάσω. Atticè ἐλῶ, in omnem aliam perſonam deriuata ſimili contractione ; ἐλῶ, ἐλᾷς, ἐλᾷ, ἐλᾶτον, ἐλῶμεν, ἐλᾶτε, ἐλῶσι, ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας, eiiciam te ad coruos, Ariſtopha. καὶ πολλοὺς ὑμῶν ἅμα ἐλᾷ & multos veſtrûm ſimul eiiciet, Demoſthenes pro ἐλάσει.

Οἳ ἔμελλον αὐτῷ τὰ θηρία ἐξελᾶν εἰς τὰ εὐήλατα, quibus erat cura propellendi ipſi feras in loca Equeſtria Xenoph. Cyrop. 1. pro ἐξελάσειν.

Εὑρεῖν προθύμως παρελῶντας ἐπὶ τοὺς πολεμίους, inuenire qui prompto animo inueherentur in hoſtes, idem alibi, pro παρελάσοντας.

Dices fortaſſe, hæc omnia poſſe reuocari ad futurum ſecundum, verbi ἐλάω, cuius Aor. 2. eſſet ἦλον, & Fut, 2. ἐλῶ, præſertim quia ἐλάω, reperitur in vſu apud Homerum & Heſiodum.

R. Tamen non poſſe reuocari ad futurum ſecundum, quia hæc exempla allata abeunt ab analogia coniugationis Futuri ſecundi, per ει, & ου; cum iſta futura debeant coniugari per α, & ω, vt ex authoritatibus allatis patet. Demoſthenes habet ἐλᾷ, non ἐλεῖ, Xenoph. habet ἐξελᾶν, non

ἐξελεῖν; παρελῶντας, non παρελεῦντας.

Dices ſecundo hæc omnia, poſſe reuocari ad enallagen temporis, qua frequentur vtuntur auctores græci, vt ſit præſæns pro futuro, vt ὅστις γε γαμεῖ αὐτήν, quiſquis illam ducit pro ducet, *Celuy qui l'eſpouſe,* Quod etiam Gallis eſt vſitatiſſimum, *Où diſnons-nous auiourd'huy, que deuenons-nous, & bien demeurons-nous, icy.*

R. Tamen Demoſthenem iunxiſſe ἐλᾷ, cum alio verbo in futuro, εἰ μὴ καὶ ἔθνος προπηλακιεῖ, καὶ πολλοὺς ὑμῶν ἅμα ἐλᾷ, niſi gentem contumelia afficiat, & multos veſtrum ſimul expellat προπηλακιεῖ, Atticè pro προπηλακίσει, & ἐλᾷ, pro ἐλάσει.

R. Secundo multa alia dari exempla, in quibus futurum apertè monſtratur, in aliis verbis, διαβιβῶ τὸν ποταμόν, fluuium traijciam Plato: neque enim in vſu reperitur διαβιβάω, ſed διαβιβάζω; καὶ τὰ παιδία ἴσως ἀναβιβᾶται. Demoſth. & pueros aſcendere faciet ſeu producet, pro ἀναβιβάσεται: τούτων ὑμῖν τὰ πλεῖστα ἀναβιβῶμαι: Æſch. horum plurima vobis producam, οὔτε, ἔφη, δικᾶν ἔτι, non amplius dixit Iudicaturum Herodot. Pro δικάσειν à δικάζω: Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, ſexdiebus operaberis, Gen. 4. ab ἐργάζομαι, fut. ἐργάσομαι, ἐργάσῃ Atticè, ἐργάει, ἐργᾷ.

De

De Præteritis Optatiui & Subiunctiui.

DE ACTIVIS.

Assertio prima.

Optatiui præteritum in vsu est, vt λελύκοιμι, soluissem, ita & medium λελύκοιμι, soluissem, εἴθε με τῶν δεσμῶν λελύκοι πατήρ, vtinam à vinculis me Pater soluisset: nec tamen abhorrent à circumlocutione participij ὅτι μονονουχὶ καταλεταφιῶς εἴη, quod ferè sepelisset.

Assertio secunda.

In raro est vsu apud Autores præteritum Subiunctiui, vt λελύκω, non tamen omnino damnatur. Libentius vero vtuntur Autores circumlocutione participij, & verbi Substantiui, πρέσβεις ἦτε ἐκπεπομφότες, legatos misissetis Æsch. pro ἐκπεπόμφητε, ἂν τὴν φιλοσοφίαν ταυτὴν ἐξευρηκότες ὦμεν, si talem Philosophiam inuenissemus Arrian. pro ἐξευρήκωμεν.

DE PASSIVIS.

Assertio prima.

Communi Grammaticorum consensu, negantur præterita Optatiuis & Subjunctiuis passiuis eorum verborum, in quibus

præteritum Indicatiui non habet ται purum, quod ται purum solis conuenit verbis sextæ Classis; & dissyllabis quintæ in ινω, vel εινω, vel υνω, vnde in reliquis omnibus verbis, consentiunt vtendum esse circumlocutione, sic in verbis primæ Classis, τέτυπται; in secundæ λέλεχται; in tertiæ πέπεισται, in quintæ ἔσπαρται; & similibus vtendum est circumlocutione, verberatus fuissem, τετυμμένος εἴην, vel, ὦ, lectus fuissem, λελεγμένος εἴην, vel ὦ, & ita in aliis.

Assertio secunda.

In verbis sextæ Classis, & aliis quæ habent ται purum in tertia persona præteriti passiui indicatiui, concedunt alij huiusmodi præterita, sed variè formant.

Pro Optatiuo alij mutant tantum μαι, præteriti indicatiui in μην, λέλυμαι, solutus fui, λελύμην, solutus fuissem, κέκριμαι, iudicatus sum, κεκρίμην, iudicatus fuissem; & ita de aliis.

Pro Subiunctiuo mutant penultimam in ω, vt πεποίημαι, factus sum, πεποιῶμαι, factus sim κέκριμαι, κεκρῶμαι, λέλυμαι, λελῶμαι, ἔκτομαι, occisus sum, ἐκτῶμαι, occisus sim; & ita de aliis.

Alij vero, eo fulti principio, penulti-

mam Optatiui debere ſemper eſſe diphthongum, ita formant Optatiui præteritum; vt η, penultimæ mutent in ῃ, at υ, in υι, & α, in αι, vt πεποίημαι πεποιήμην, λέλυμαι λελυίμην, ἔκταμαι ἐκταίμην.

Iota vero, quia non poſſunt in dipthongum mutare, relinquunt, ſed breue præteriti indicatiui, longum volunt eſſe in præterito Optatiui, κέκριμαι κεκρίμην.

Cum in aliis conſentiant Caninius, & Sylburgius; in υι, non poſſunt conſentire, quod credant υι, nunquam poni ante conſonantes: vnde non poſſe dici λελυίμην. Vellem ab his Grammaticis hæc duo principia vel ſtabiliri firmius vel clarius explicari. Primum, Optatiui penultima debet ſemper eſſe diphthongus, nam contra ipſos facit, Primo ipſorum autoritas, vt qui velint in κεκρίμην, iota tantum longum in penultima. Secundo, authoritas Homeri ἀποφθίμην, perirem Odyſſ. κ, dicent ex analogia omnium temporum Optatiui id probari, in quibus omnibus reperitur diphthongus in penultima.

R. Debuit igitur & in κεκρίμην, reperiri, quod ipſi negant; vel debuit ab aliis temporibus, excipi præteritum Paſſiuum, in iis quæ habent vel ι, vel υ, in penultima

Alterum principium eſt fundatum authoritate Herodiani antiqui Grammatici, qui negat poſſe poni υι, ante conſonas, ſed debere ſemper ſequi vocalem, vt λελυκῦια, quæ ſoluit, ἅρπυια, Harpya. Contra quos eſt eorum autoritas qui formant præteritum Optatiui λελύμην. Deinde non eſt contra naturam huius diphthongi, vt ponatur ante conſonas, vt patet ex analogia omnium linguarum; Latina, cuique, cuicumque, cuiuis, Gallica, *Luire*, *cuire*, *puiſer*: nam ex eorum mente υ, pronunciandum eſt, vt Latinum vel Gallicum vi, demum Homerus poſuit ſine υ, λελύμην, ſimpliciter.

Lis etiam inſtituta eſt pro accẽtu Optatiui. Laſcaris & Græci Grammatici acuũt, vt πεποιήμην, πεποίοιο, πεποίοιτο, alij flectere malunt, quia flectuntur tempora Subiunctiui, omnium conſenſu, πεποιῶμαι πεποιῇ πεποιῆται, & ita in aliis: Vnde etiam πεποιήμην πεποιῇο πεποιῇτο. Verũ in his omnibus, quid mihi ſit ſententiæ, ſi quæras, dicam Moquoto me acquieſcere, qui has omnes Grammaticorum lites, ex rariſſimis exemplis horum præteritorum natas arbitratur: atque adeo, donec ſuppetant exempla copioſiora, ſecurius vtendum in om-

nibus circum locutione, seu habeant ται, purum, seu non habeant.

De Præterito medio.

Exponendæ difficultates huius præteriti in eius significatione, formatione, charactere, penultima & aliis id genus.

Significatio.

Assertio prima.

Præteriti medij significatio per se actiua est, vel neutra, nunquam per se passiua; πέποιθα, persuasi; τέτυπα, verberaui, σέσηπα, computrui; πέπονθα, passus sum.

I. Quid si aliter notetur in Autoribus?

R. Inter anomala annotanda; vt διέφθορα, corrupi & corruptus sum, ἔῤῥωγα, ruptus sum, & similia.

Formatio.

Assertio secunda.

Formatur præteritum medium ab actiuo, pro varia verborum Classe, variè.

I. In prima, secunda, tertia, quarta Classe quomodo formatur?

R. Murato solo charactere præteriti actiui, in characterem Aoristi 2.

τέτυφα, ἔτυπον, τέτυπα, verberaui.
λέλειφα, ἔλιβων, λέλειβα, libaui.
λέλεχα, ἔλεγον, λέλογα, dixi.
πέπλεχα, ἔπλακον, πέπλεκα, plicaui.
πέπεικα, ἔπιθον, πέποιθα, perſuaſi.
πέφρακα, ἔφραδον, πέφραδα, locutus ſum.

I. In verbis quintæ Claſſis quomodo formatur.

R. Formatur expulſo κ, charactere præteriti, vt det locum characteri Aor. 2. ἔψαλκα ἔφαλα, ἔσπαρκα ἔσπορα; πέφαγκα πέφηνα.

I. Quid fiet in verbis diſſyllabis in ινω, vel εινω, vel υνω, quæ perdunt characterem Aor. 2. in præterito actiuo, vt κτείνω, occido, ἔκτανον ἔκτακα?

R. In iſtis mutabitur κ, in characterem Aoriſti 2. vt in aliis coniugationibus, vt κρίνω, ἔκρινον κέκρικα, κέκρινα, iudico κτείνω, occido ἔκτανον, ἔκτακα, ἔκτονα.

I. In verbis ſextæ Claſſis quomodo formatur?

R. Expulſo charactere præteriti actiui, vt det locum characteri Aoriſti 2. vt λύω, ſoluo, ἔλυον, λέλυκα, λέλυα, τίω, honoro, ἔτιον, τέτικα, τέτια.

I. Eſtne eadem formationis ratio in verbis in εω, & αω.

R. Eadem certè, ſed prætereà auferuntur ε, vel α, vel η, ſi eorum locum ſubierit, vt φιλέω φιλῶ, inde Aor. 2. ἔφιλον, cuius character eſt λ; præt. Act. πεφίληκα, ablato κ; adhuc η impedit λ, ne ſit character, vnde auferendum η, & erit πέφιλα, τιμάω τιμῶ; inde ἔτιμον, τετίμηκα, τέτιμα. Aoriſtum enim 2. formatur non a φιλέω, ſed quaſi à φιλῶ, contracto, à τιμῶ, & ita de aliis verbis flexis, in εω, & αω, nam ῶω, caret Aor. 2. & præterito medio.

Penultima.

I. Præteritum medium ſeruatne penultimam præteriti actiui, à quo formatur? an Aoriſti.

R. Seruat penultimam præteriti actiui, exceptis paucis diſſyllabis.

I. Quæ ſunt illa diſſyllaba?

R. Illa quæ habent ε in futuro, quia mutant illud in ο, cuiuſcumque ſint Claſſis, vt πέμπω πέμψω πέπομπα, mitto, λέγω, dico, λέξω, λέλογα, σπείρω, ſemino, σπερῶ, ἔσπορα, τέμνω, ſeco, τεμῶ, τέτομα.

I. Deus bone! quantum diſcrimen ab actiuo ἔσπαρκα ἔσπορα; τετέμηκα, τέτομα?

R. An non dictum eſt auferendum κ,

ἔσπαρκα ἔσπαρα, an non est futurum dissyllabum penultimæ ε, mutandæ in ο, ἔσπορα. In τετέμηκα, additum est η, Euphoniæ causa, cum deberet esse τέμνω, τεμῶ, τέτεμκα, aufer κ, erit τέτεμα, an non est futurum dissyllabum τεμῶ, & ε, mutandum in ο, τέτομα. Ita νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, νένομα, pasco.

Nota dictum esse dissyllabá; nam polysyllaba nihil mutant in penultima; ἀγγέλλω, annuntio ἤγγελκα, ἤγγελα, non ἤγγολα.

I. Quid fiet si in penultima futuri sit ει?

R. Mutabitur in οι, seu dissyllaba sint, seu polysyllaba, vt πείθω, πείσω, πέπεικα, πέποιθα, ἀλείφω, vngo ἀλείψω, ἤλειφα, ἤλοιφα.

I. Nullane est alia mutatio penultimæ?

R. Vnica superest verborum quæ habent in penultima thematis αι; quia mutant in η, cum iota subscripto, in penultima præteriti medij, φαίνω, πέφαγκα, πέφηνα, non πέφανα; μιαίνω, fœdo, μεμίαγκα, μεμίηνα.

I. Verba omnia habentne præteritum medium?

R. Plurima carent quæ carent Aor. 2. & Primo omnia verba in μι, licet habeant Aor. 2.

Aor. 2. ſed anomalum. Secundo, omnia verba in οω, vt δηλόω, & ſimilia, Tertio, omnia contracta in ω, purum, vt ποιῶ, facio βοῶ, clamo & ſimilia. Quarto, omnia in ευω, αυω, vt βασιλεύω, regno ψαύω, tango ἀκούω, audio. Quinto Polyſyllaba in νω, in σσω, & ζω, in υω vt βαδίζω, vado, φυλάσσω, cuſtodio, ἰσχύω, fortis ſum; hæc omnia cum verbis in μι, carent Aoriſto 2. & præterito medio.

Anomala.

I. Nihilne eſt anomaliæ in aliis præteritis mediis?

R. Modica & in paucis verbis, θάλλω, floreo, habet τέθηλα, pro τέθαλα, κλάζω, clango habet κέκληγα, pro κέκλαγα, πονέω, laboro habet πέπονθα, pro πέπονα, ſolo Pleonaſmo litteræ θ, φεύγω, fugio habet Poëticè πέφυγα, pro πέφευγα, ὀρέγω, licet polyſyllabum, habet ὤρογα, pro ὤρεγα, appeto, ἤκοα, agnoſcitur ab Herodiano Grammatico, reprobatur ab Ælio Dionyſio, quia à verbo in ουω, ſimiliter ſuſpectum eſt πέπαυα, à verbo παύω, quieſco.

DISSERSATIO IV.

De Verbis anomalis.

INter verba Græca, alia ſunt analoga, alia anomala. Analoga ſunt ea, quæ cum primitiua vt plurimũ ſint, à ſeipſis omnia ſua tempora, tamquam à proprio fonte hauriunt, vt λύω, ſoluo, πείθω, perſuadeo, λέγω, dico & ſimilia; de quibus ſatis in arte coniugandi. Anomala ſunt ea, quæ vel deficiunt aliquo tempore, vt omnia verba in μι, futuro 2. & præterito medio, vel à ſeipſis non habent ſua tempora, ſed ab aliis mutuantur; vt omnia in ανω: nam ſicut apud Latinos fero habet à verbo inuſitato Tullo præteritum tuli, & à lato ſupinum latum; Ita λαμβάνω, habet à verbo inuſitato λήβω, fut. λήψω, præt. λέληφα, ita vt ex vtriuſque verbi temporibus fiat integrum verbum: his ita explicatis.

Aſſertio vnica.

Verborum anomalorum ſcientia ex duplici cognitione conſtare videtur. Primo ex cognitione thematis anomali; hoc eſt, propoſito themate aliquo, vt intelligatur an ſit anomalum, an non. V. g. propoſito

verbo εὑρίσκω, inuenio, debet ſtatim intelligere, peritus artis huius, eſſe verbum anomalum, ex illo communi axiomate, verba in σκω, anomala ſunt.

Secundo ex cognitione defectus verbi animali; hoc eſt, vt intelligat peritus artis, propoſito aliquo themate; in quibus temporibus deficiat, aut à quibus verbis ſeu vſitatis ſeu inuſitatis debeat ſua tempora mutuari, & qua arte formanda ſint. V. g. propoſito themate εὑρίσκω, quod iam intelligit eſſe anomalum, debet intelligere an deficiat aliquo tempore: & à quo verbo ſua tempora mutuetur; ab εὑρέω, inuſitato habet fut. εὑρήσω, præt. εὕρηκα; & ita de aliis. De hac vtraque cognitione ſeparatim dicendum eſt, vt habeatur integra anomalorum ſcientia.

De Cognitione thematis Anomali.

I. Quæres, qua methodo intelligitur aliquod thema eſſe anomalum?

R. Duplici via, vel ſignificatione, vel terminatione?

De Anomalis ex ſignificatione.

Quæ themata cognoſcuntur anomala ex ſignificatione?

R. Primo deſideratiua in εω, formata à futuro addito ε, ante ω, vt γαμέω, vxo-

rem duco, fut. γαμήσω, inde γαμησείω, nupturio πολεμέω, bellum gero, fut. πολεμήσω πολεμησείω, bellaturio, βρόσκω, comedo βρώσω, βρωσείω, esurio, ὄπλω, video ὄψω, ὀψείω, videre cupio.

Secundo, eadem, sed in ιαω, vt μαθητής, discipulus μαθητιάω, discere cupio; à στρατηγὸς; dux στρατηγιάω, exercitum ducere cupio; à θάνατος, mors θανατιάω, mori cupio; à βασιλεία, regnum, βασιλειάω, regnare cupio; ita φονάω, occidere cupio, μαχάω, pugnare cupio.

Tertio, frequentatiua, vt ἰκτάω, ventito ab ἵκω, venio μητιάω, consulto, φυσιάω, anhelo, à φυσάω, sufflo, licet inueniatur ἐφυσίασε, in Aor. 1. tertia persona, πνευστιάω, crebro anhelo.

Quarto, imitatiua in ιαω, vt κελαινιάω, nigrico, χιάω, niueus sum, γαληνιάω, tranquillitatis speciem præfero.

De Anomalis ex terminatione.

I. Quæ themata cognoscuntur anomala ex terminatione?

R. Variæ sunt formæ, & primo, in ανω, vt λαμβάνω, & in σκω, vt εὑρίσκω, inuenio.

Secundo, polysyllaba in νυω, vt δεικνύω ostendo, in ιζω, à verbis flexis, vt à πολεμέω πολεμίζω, à νεμεσάω, νεμεσίζω, in-

dignor, ita στυνακίζω; gemo, πεσκαλίζω, voco, αἰτίζω, mendico; ἀτρεμίζω, immotus sum, ἠρεμίζω, quietus sum, μυρυκίζω, murmuro. In υιω, vt ἀλύιω, in angustiis versor, ἀγυίω, per vias officiosè deduco, ὀπύιω, vxorem habeo, ὀπύσει, tertia futuri apud Aristophanem videtur ex ὀπύω.

Obserua, analoga esse verba in ιζω, formata à nominibus, vt ab οἶκος, domus οἰκίζω, condo, à πλοῦτος, diuitiæ πλουτίζω, dito.

Tertio, Poëtica & deriuata.

In αθω, vt ἀμυνάθω, defendo, in εθω νεμέθω, pasco.

In υθω φθινύθω, corrumpo, in θω ἔσθω, comedo.

in κθω ἐρέκθω, quasso, in αω, ἐρχατάω, cohibeo.

In αιω, κεραίω, misceo, in αινω φαείνω, luceo.

In ιλλω δινδίλλω, oculos contorqueo, in σσω ἀηθέσσω, insuetus sum & similia.

Nota, analoga sunt dissyllaba in ειω, vt θείνω, percutio, τείνω, tendo, κτείνω, occido.

Quarto; quæ facta sunt pleonasmo litteræ ν, vel τ, quas non seruant vltra imperfectum, vt à περάω περνάω, vendo; ita οἰχνέω, proficiscor, ἱκνέομαι, venio, πιτνέω,

cado κιρνάω, miſceo πιλνάω, appropinquo: ὕπτω, verbero πίκτω, pario, & à verbis in ιω, vel υω, vt λύνω, luo à λύω, φθίνω, tabeſco à φθίω, ἰθύνω, dirigo, & ſimilia.

Quinto, ſæpius deriuata, vt ἀλύω, oberro, ἀλύσκω, ἀλυσκάζω; δράω, fugio, δράσκω, δρασκάζω; ἑλκυστάζω, traho, ἑρπυστάζω, repo, τροπαλίζω, verto, & ſimilia.

Sexto, formata à variis temporibus quorum ſeruant characteres.

A futuro, ἄξω, ago, οἴσω, fero, ὄρσω, concito, τέρσω, attero, λέξω, dico, βήσω, gradior & ſimilia.

A præterito medio κεκλήγω, clango, ἐῤῥίγω, rigeo.

Septimo, habentia βω, δω, præcedente conſona vti etiam in βλω, κλω, φλω, vt μέλδω, elixo, ἔλδομαι, deſidero, φέρβω, paſco, ῥέμβω, circumago, μέμβλομαι, curæ ſum, κέκλομαι, iubeo, ὄφλω, debitor ſum.

Octauo, quæ habent λ purum ante ω, facta è flexis Barytona, θέλω, volo, μέλω, curam gero, κέλω, iubeo, πέλω, ſum, βούλομαι, volo; quibus adde αὔξω, augeo, ἕψω, coquo, ἀλέξω, arceo, οἴω, puto, μάχομαι, pugno, & ſimilia.

Nono, quorum reduplicatio deſinit in liquidam, μαρμαίρω, niteo, βαμβαίνω, ti-

tubo lingua, παμφαίνω, luceo, μυρμύρω, murmuro, & similia.

Decimo, terminata in αινω, à verbis deriuata; ὀλισθαίνω, labor, βαίνω, gradior, λυσσαίνω, insanio, ἐριδαίνω, contendo, &c. Tamen φαίνω, luceo, χαίνω, hisco, δραίνω, facio, πτραίνω, perforo, μιαίνω, fœdo, & similia analoga sunt.

DE COGNITIONE

Defectus verbi Anomali.

VErba anomala non coniugantur, vt plurimum vltra Imperfectũ ex proprio themate: ita vt non possint formari regulariter alia tempora à themate: ita λαμβάνω, anomalum, habet imperfectum ἐλάμβανον: at non habet in futuro λαμβανῶ, vt ex arte coniugandi deberet habere, nec præteritum λελάμβακηκα, sed ista tempora mutuatur ab inusitato verbo λήβω, vnde habet in futuro λήψω, in præt. λέληφα, & ita de aliis anomalis, scientia igitur huius partis erit, vt intelligatur à quibus verbis debeant verba anomala suorum temporum defectum supplere.

Assertio vnica.

Verba anomala suorum temporum defectum supplent, vt plurimum vel à primitiuis, vel ab iis à quibus formantur. Ita verba in μι, mutuantur sua tempora à verbis à quibus formantur: τίθημι, à θέω, ἵστημι ab στάω, δίδωμι, à δόω, & ita de aliis.

Quæres primo, qua methodo intelligitur verbi anomali primitiuum, vel illud à quo formatur?

R. Non posse dari regulam vnicam quæ omnia anomala complectatur: sed de singulis generibus anomalorum singulatim differendum est, vt de verbis in μι, de quibus abundè iam disputatum est, & disputabitur paulò infra Dissertatione singulari. De verbis in αινω, in σκω, de quibus peculiari Dissertatione agitur, de verbis frequentatiuis, Optatiuis & similibus, ita vt singulas terminationes ante positas persequi opus sit. Vide igitur quæ antea diximus de singulis generibus anomalorum, quia in iis apposuimus primitiua, quantum licuit.

Quæres secundo, Si nulla reperiantur primitiua, vel à nomine, quod non coniugatur, deriuentur, quid facto opus?

R. Illa non vsurpanda vltra præsens & imperfectum,

imperfectum, nisi aliter habeatur autoritate probati Autoris; & tunc pro aliis temporibus ad synonyma recurrendum. De verbis in ανω, in σκω, in νυω, vel in μι, vide dissertationes peculiares; vt etiam de deponentibus Græcis, & de impersonal. De aliis quæ ad rationem communem reuocari non potuerũt hic apponitur synopsis.

SYNOPSIS.

Verborum anomaliorum.

HÆc anomalia verborum intelligenda tantum in ratione formandi tẽpora: nam tẽpora formata analogè sunt in suas personas diffundenda, & in eo nulla est anomalia, v. g. βαίνω, habet anomalè fut. βήσω; quasi à βάω, cum deberet habere βανῶ, ex arte coniugandi: at semel formato eo tempore, debet iam in suas personas analogè diffundi vt λύσω, βήσω, βήσεις, βήσει, & ita in duali & plurali, quod dictum est de βήσω, de omni alio tempore anomalè formato dicendum est.

Ἄγω, duco præt. ἦχα atticè ἀγήχα, & inserto ο, ἀγήοχα. Aor. 2. ἦγον, atticè ἤγαγον, quæ additio durat in aliis modis, ἀγαγε ἀγάγοιμι: etiam in medio ἠγαγόμην.

Βαίνω, eo à βάω, fut. βήσω, Præt. βέβηκα, à βῆμι, Aor. 2. ἔβην.

Βάλλω, iacio, fut. βαλῶ, Aor. 2. ἔβαλον, à βαλέω. fut. βαλήσω, præt. βέβληκα, per syncopen, verbalia supponunt præt. medium βέβολα, quasi à βέλλω βελῶ.

Δοκέω, videor, quasi à δόκω, fut. δόξω; Aor. 1. ἔδοξα, præt. δέδογμαι. Nam δοκήσω, ἐδόκησα, vix vsurpantur ab Oratoribus.

Ἔδω, comedo, præt. ἦκα, inusitatum, Atticum ἔδηκα, & Pleonasmo ἐδήδοκα, frequenter vsurpatum, ἐδήδομαι, Fut. 2. medium ἔδομαι, & ἐδοῦμαι, præt. medium Atticum ἔδηδα.

Εἴδω, intelligo, fut. 1. med. εἴσομαι, vel ἔσομαι, Aor. 1. med. εἰσάμην, Aor. 2. Actiuum εἶδον, vel ἴδον, vsitatius in omni modo per iota simplex ἴδε, ἴδοιμι, &c. Præt. med. οἶδα, οἶδας, Æol. οἴδασθα, syncope οἶσθα, plusq. Att. ᾔδειν, part. εἰδώς. Ab εἰδέω, reperitur εἰδήσω, ab εἴδημι, εἰδείην, εἰδῶ, εἰδέναι.

Ἐλαύνω, agito, ab ἐλάω ἐλάσω.

Αἱρέω, capio, ex se format sua tempora præter. Aor. 2 ab ἕλω, εἷλον, Fut. 2. ἑλῶ, εἱλόμην, Aor. 2. med. Ab ἕλα inusitato Aor. 1. med. εἱλάμην.

Ab εἴρω, & ἐρέω, inusitatis formantur

vſitata Fut. 1. ἐρῶ, dicam, præt. εἴρηκα, paſſ. εἴρημαι, paulo poſt fut. εἰρήσομαι.

Ἔχω, habeo, à ſeipſo ἕξω, Fut. 1. ἕξομαι, fut. med. εἶξα Aor. 1.

A σχέω, inuſitato Fut. 1. σχήσω, præt. ἔσχηκα, Aor. 2. ἔσχον, Fut. 2. σχῶ, præt. paſſ. ἔσχημαι, Aor. Imperat. σχὲ, med. σχοῦ. A σχῆμι inuſitato imperat. σχὲς, præt. paſſ. ἔσχεμαι, Aor. 1. ἐσχέθην, Fut. 1. σχεθήσομαι.

Ὀφείλω debeo, vel ὄφλω, ὀφειλέω, vel ὀφλέω, Fut. ὀφειλήσω, vel ὀφλήσω.

Πάσχω patior, à πατέω præt. πεπάτηκα à πονέω præt. med. πέπονα & inſerto θ, πέπονθα, à πήθω fut. πήσομαι vel πείσομαι anomalum quaſi à πείθω, Aor. 2. ἔπαθον, fut. 2. παθῶ.

Πίνω bibo, à πόω fut. πώσω, præt. πέπωκα, à πίω Aor. 2. ἔπιον; fut. 2. med. πιοῦμαι, & anomalum πίομαι, vt ἔδομαι, φάγομαι, coniugatur πίεσαι πίεται; præt. πέπισμαι, Aor. 1. med. ἐπισάμην.

A πῶμι præt. πέπομαι vt δέδομαι, imperat. πόθι, Aor. 1. ἐπόθην.

A πῖμι imperat. πῖθι, prouerb. ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, aut bibe, aut diſcede.

Πίπτω cado, à πτόω, fut. πτώσω, præt. πέπτωκα, à πετω, Aor. 1. ἔπεσα à πεσέω,

Aor. 1. ἔπεζον, fut. 2. med. πεζοῦμαι.

Ῥέω fluo, à ῥεύω, fut. ῥεύσω, præt. ἔῤῥευκα, Aor. ἔῤῥευσα; à ῥυέω, fut. med. ῥυήσομαι, præt. act. ἐῤῥύηκα, Aor. 2. paſſ. ἐῤῥύην, Sub. ῥυῶ Inf. ῥυῆναι, part. ῥυείς.

Ῥέω dico inuſitatum, vſitata tamen duo tempora Aor. 1. paſſ. ἐῤῥήθην, & Fut. 1. ῥηθήσομαι: dicitur etiam ἐῤῥέθην, licet alij malint à ῥῆμι.

Σεύω concito, fut. σεύσω, Aor. 1. ἔσευα, ablato σ, præt. σέσευκα, paſſ. σέσυμαι, Aor. 1. ἐσύθην.

Σπένδω libo, à σπείδω; ἵκτω à τέκω.

Τρέχω curro, ἔτρεχον, fut. θρέξω, hæc tantum in vſu, à ſynonymo δρέμω inuſitato habet præt. δεδράμηκα, Aor. 2. ἔδραμον, fut. 2. δραμῶ, med. δραμοῦμαι, præt. med. δέδρομα.

Φέρω fero, ab οἴω fut. οἴσω, med. οἴσομαι, paſſ. οἰσθήσομαι.

Ab ἐνέγκω, Aor. 1. ἤνεγκα, med. ἠνεγκάμην, Aor. 2 ἤνεγκον.

Ab ἐνέχω, præt. paſſ. Att. ἐνήνεγμαι, Aor. 1. ἠνέχθην, Præt. Att. med. ἐνήνοχα.

Φύω, gigno, naſcor. fut. φύσω, præt. πέφυκα, &c. Aor. 2. ἔφυν, à φῦμι, inuſitato.

Φθίνω, tabefacio à φθίω.

Χαίρω, gaudeo fut. χαρῶ, κέχαρκα, &c, à

χαρέω χαρήσω, χαρήσομαι, κεχάρηκα; à χαιρέω; χαιρήσω.

Χέω fundo, fut. 1. χέσω, Aor. 2. ἔχεεν, fut. 2. χεῶ; à χεύω. fut. χεύσω, Aor. 1. ἔχευα, & ἔχεα, vſitatum in omni modo.

A χύω fut. χύσω, Aor. 1. ἔχυσα, paſſ. ἐχύθην, fut. 1. χυθήσομαι, præt. act. κέχυκα, paſſ. κέχυμαι.

Ωθέω pulſo, fut. ὠθήσω.

Ab ὤθω, inuſitato, fut. ὤσω, Aor. 1. ὦσα, Att. ἔωσα, med. ἐωσάμην, paſſ ἐώθην.

DISSERTATIO V.

De Verbis in ανω.

VT in aliis anomalis, ita in verbis in ανω, duo conſiderantur. Primum formatio Thematis in ανω; Secundum formatio temporum.

De Thematis formatione.

Verbum in ανω, vt λαμβάνω, & ſimilia, formatur à primitiuo inuſitato, triplici facta mutatione. Primo mutando ω, in ανω; vt λήβω ληβάνω. Secundo mutata penultima longa in breuem, η, in α, λαβάνω. Tertio inſerta littera ν, vel μ, vel γ, pro ratione orthographiæ, λαμβάνω; ita à λήθω

λανθάνω; à λήχω, λαγχάνω; ab ἥδω ἀνδάνω.

Si penultima sit diphthongus ει, vel ευ, aufertur ε: ita à λείπω λιμπάνω, à φεύγω φυγγάνω, à τεύχω τυγχάνω.

Ancipites α, ι, υ, non mutantur ἵκω, ἱκάνω, venio.

Quæ formantur à verbis in εω, vel αω, mutant has terminationes in ανω: vt ἁμαρτέω, pecco ἁμαρτάνω; κλάω, frango κλάνω, φθάω, præuenio φθάνω; μαθέω, disco μανθάνω; & sic de aliis.

De Temporum formatione.

Verba in ανω, vt vides, deriuatiua & anomala, non coniugantur vltra imperfectum; vt λαμβάνω, Imperf. ἐλάμβανον, in omni modo, & voce, vt ostensum est axiomate 1.

Reliqua tempora assumenda à primitiuo, & coniugandum est primitiuum ex arte coniugandi, & formandi tempora, λήβω verbum primæ Classis coniugandum vna cum verbo λαμβάνω; istud in omni præsenti: λήβω, in omnibus aliis temporibus: erit igitur fut. λήψω, Aor. 1. ἔληψα, Aor. 2. ἔλαβον, fut. 2. λαβῶ, præt. λέληφα, plusq. perfect. ἐλελήφειν, & ita in aliis modis, quod dictum est de verbo λαμβάνω, de cæteris in ανω, dictum puta:

vnde primitiui tantum thema proferam cum anomalo.

Synopsis verborum in ανω.

Αμαρτάνω, pecco ab ἁμαρτέω, ἁμαρτήσω, &c.
αὐξάνω, augeo ab αὐξέω, αὐξήσω, &c.
βλαστάνω, Germino à βλαστέω, βλαστήσω, &c.
δαρθάνω, dormio à δαρθέω, δαρθήσομαι, &c.
λαμβάνω, capio à λήβω, λήψω, &c.
λανθάνω, lateo à λήθω, λήσω, &c.
λαγχάνω sortior à λήχω, λήξω, &c.
λιμπάνω, linquo à λείπω, λείψω, &c.
μανθάνω, disco à μαθέω, μαθήσω, &c.
τυγχάνω, consequor, à τεύχω, τεύξω, &c.
φθάνω, præuenio à φθάω, φθάσω, &c.

DISSERTATIO VI.

De Verbis in σκω.

VErba in σκω, non sunt primitiua, sed deriuatiua; & quidem à verbis in ω, purum.

Quæres primo qua methodo intelligitur primitiuum?

R. Ex charactere, seu ex vocali quæ erit ante σκω; vnde.

Si sit ε, erit à verbis in εω, vt ἀρέσκω, placeo ab ἀρέω.

Si sit α, ab αω, vt γηράσκω, senesco à γηράω.

Si sit ο, ab οω, vt βόσκω, pasco à βόω.

Si sit υ, ab υω, vt ἀλύσκω, angor animo, ab ἀλύω.

Si sit ω, ab οω, vt ἀμβλώσκω, abortior ab ἀμβλόω.

Si sit ι, ab ιω, vt πιπίσκω, bibo à πίω.

Si sit η, ab εω, vel αω, vt ἀλθήσκω, augeor ab ἀλθέω, augeo; θνήσκω, morior à θνάω.

Instas, qua ratione intelligitur esse à verbis in εω, vel αω?

R. Vsu, vel beneficio lexici, nulla est alia regula.

Instas secundo, multa in ισκω, non esse à verbis in ιω, vt εὑρίσκω, inuenio ab εὑρέω; ἁλίσκω, capio ab ἁλόω.

R. Hæc ab vsu pendere, vel à lexico, in quo inuenitur futurum ἁλώσω, vnde ab ἁλόω erit ἁλίσκω, & ita de aliis.

Quæres secundo quæ sit ratio formandi Thematis in σκω?

R. Inserto σκ, ante ω: vt ἀρέω, ἀρέσκω; γηράω γηράσκω, &c.

Quæ vero sunt in ησκω, vel ωσκω, formantur inserto κ, ante ω futuri, vt ἀλθέω, ἀλθήσω, ἀλθήσκω, ἀμβλόω, ἀμβλώσω, ἀμβλώσκω

βλώσκω; formata anomalè in ισκω, mutant ε, vel ο, in ι, vt εὑρέω εὑρίσκω, ἁλόω ἁλίσκω.

Quæres tertio quæ sit ratio formandi horum verborum tempora?

R. Eadem planè methodus atque in verbis in ανω: nam cum verba in σκω, non coniugentur vltra præsens & imperfectum, cætera tempora mutuabuntur à primitiuis. Ita εὑρίσκω, imperf. εὕρισκον: fut. ab εὑρέω εὑρήσω, præt. εὕρηκα, Aor. 2. εὗρον, Fut. 2. εὑρῶ, & sic in aliis modis, & vocibus.

Obserua esse inter hæc verba, nonnulla quæ reduplicatione augentur, more verborum in μι: vt πιπίσκω à πίω bibo, μιμνήσκω à μνάω memini, πιτρώσκω à τρόω, vulnero, βιβρώσκω à βρόω pasco, διδράσκω à δράω fugio, γιγνώσκω à γνόω cognosco.

Synopsis Verborum in σκω.

Ἀναλίσκω à duplici Themate mutuatur tempora. Primo ab ἀναλόω, fut. ἀναλώσω, præt. ἀνήλωκα, Att. ἀνεάλωκα. Secundo ab ἅλωμι habet Aor. 2. ἥλων, Att. ἑάλων: hæc tempora passiuè significant, captus sum.

Γιγνώσκω cognosco à γνόω, & γνῶμι, à γνόω, habet fut. γνώσω, præt. ἔγνωκα, ἔγνωσμαι, Aor. 1. ἔγνωσα: à γνῶμι habet Aor. 2. ἔγνων, de quo in verbis in μι.

Διδάσκω doceo quasi à διδάχω, fut. δι-

Aſſertio ſecunda.

Omnia verba in μι, quia deriuata, non coniugantur vltra præſens & imperfectum, & in paucis in Aoriſto ſecundo; vnde in aliis modis extra Indicatiuum, cum præſens & Imperfectum ſemper idem ſint, eſt tantum vnicum tempus ex verbis in μι, & in paucis Aoriſtum 2.

Quæres primo, qua ratione cognoſcetur primigenium verbum?

R. Ex vocali quæ ponitur ante terminationem μι, quæ triplex eſt, η, ω, υ, de quibus ſingulis aliquid dicendum.

De Vocali η, ante μι.

Quæres ſecundo, ſi ſit vocalis η, ante μι, à quo primigenio verbum orietur?

R. Orietur à verbis in εω, vel αω: quorum diſcrimen vt intelligas, ſcito pauca eſſe à verbis in εω, quæ hic omnia apponuntur, τίθημι à θέω pono, εἴδημι, ab εἰδέω, ſcio; ab ἔω, ſpiritu leni, εἰμὶ ſum, εἶμι vado, ἵημι, vado: at ſpiritu aſpero ἵημι mitto; ab ἑέω ſedeo ἧμαι; δίδημι, à δέω ligo. Reliqua verba in ημι oriuntur à verbis in αω: vt ἵστημι à στάω, φημὶ dico à φάω, & ſimilia.

Χίρνημι miſceo à κιρνάω, ſeu κεράω; πέρνημι vendo à περνάω; κίχρημι, mutuum do à χράω; κρέμνημι ſuſpendo, ſeu κρήμνημι à

natio, vel υμι, vel νυμι, vel ννυμι; qua triplici terminatione mutata in ω, inuenies primigenium, vt ὄλλυμι, ὄλλω; δείκνυμι δείκω; κορέννυμι, κορέω, ζώννυμι ζόω; πετάννυμι, πετάω.

Quæris, vnde oritur hæc varietas terminationum?

R. ab Euphonia, & varietate Thematum: nam ne sit durior pronuntiatio, verba quæ ante ω, habent duplicem consonam, non recipiunt ν: vt ὄλλω ὄλλυμι. Quæ vero habent consonam ante ω, recipiunt vnicum ν: vt δείκω δείκνυμι. Quæ habent ω, purum, vt consonantior sit pronuntiatio, recipiunt duplex νν: vt πετάω πετάννυμι; κορέω κορέννυμι; χρόω χρώννυμι.

Obserua 1. Quæ habent ε ante ννυμι, esse à verbis in εω: vt κορέννυμι satio à κορέω; ἕννυμι vestigio ab ἕω, ἀμφιέννυμι idem, ζέννυμι calefacio à ζέω; σβέννυμι à σβέω; στορέννυμι sterno à στορέω, dicitur syncope στόρνυμι.

Quæ habent α ante ννυμι, sunt à verbis in αω: vt πετάννυμι, extendo à πετάω; κεράννυμι misceo à κεράω; κρεμάννυμι, suspendo á κρεμάω; σκεδάννυμι dispergo à σκεδάω.

Quæ habent ω, ante ννυμι sunt à verbis in οω, mutato ο in ω, quasi á verbis in ωω; vt χρώννυμι coloro à χρόω, ζώννυμι cingo à ζόω; ῥώννυμι roboro á ῥόω; στρώννυμι

ſterno à στρόω, ſyncope pro στορέω; χώννυμι aggero à χόω.

Quæ habent conſonam ante νυμι ſunt à verbis barytonis: vt δείκνυμι oſtendo à δείκω; ἄγνυμι frango ab ἄγω; εἴργνυμι includo ab εἴργω; μίγνυμι miſceo à μίγω; οἴγνυμι aperio ab οἴγω; μόργνυμι abſtergo à μόργω; πήγνυμι compingo à πήγω, πλήγνυμι percutio à πλήγω, ῥήγνυμι frango à ῥήγω; σφράγνυμι ſepio à σφράγω, vel σφράσσω, πίννυμι ruo à ἴνω habet duplex ν, quia à verbo in νω, ſicut & κτίννυμι occido à κτείνω, abciſſo ε, vt πτάρνυμι ſternuto à πταίρω, abciſſo iota.

Quædam videntur formari à contractis vt ὄμνυμι iuro ab ὀμῶ, θόρνυμι ſalio à θορῶ, στόρνυμι ſterno à στορῶ: niſi dicatur eſſe ſyncopen, ὄμνυμι pro ὀμόννυμι, & ita de aliis.

Quæres Quinto, cum dictum ſit non coniugari verba in μι vltra præſens, & Imperfectum, & Aoriſtum ſecundum; vnde ſumenda ſint alia tempora?

R. A primigeniis, vt videas neceſſitatem ea inueſtigandi; ita τίθημι pono à θέω habet fut. θήσω, Aor. 1. ἔθηκα, perf. τέθεικα, &c. paſſ. τέθειμαι, δίδωμι do á δόω habet fut. δώσω, Aor. 1. ἔδωκα, Præt. δέδωκα paſſ. δέδομαι, &c. δείκνυμι oſtendo à δείκω ha-

bet fut. δέξω, Aor. 1. ἔδεξα Præt. δέδεχα, &c. χώννυμι aggero à χόω habet fut. χώσω, Aor. 1. ἔχωσα, &c. vnde complectuntur omnia verba in μι duo verba, ex quibus vtrisque defectiuis conflatur vnicum verbum, vt dictum est in verbis anomalis in ανω.

Quæres Sexto, An omnia verba in μι, habeant Aoristum secundum?

R. Primo: plurima sunt verba in μι quæ nihil habent nisi Aoristum secundum, cuiusmodi sunt omnia in ωμι præter. δίδωμι.

Ita γνῶμι cognosco habet tantum ἔγνων in omni modo Imperat. γνῶθι, Opt. γνοίην, Sub. γνῶ, Inf. γνῶναι, Part. γνὸς. Ita ἅλωμι, capio inusitatum habet tantum ἧλων, Att. ἑάλων; βίωμι viuo, ἐβίων vixi, in omni modo.

Secundo, Verba in μι, à verbis in αω, præter ἵστημι, & φημὶ: Reliqua vel non habent omnino, vel habent tantum Aor. 2. vt φθῆμι præuenio ἔφθην, βῆμι gradior ἔβην, σχλῆμι areo ἔσχλην, τλῆμι tolero ἔτλην.

Tertio omnia verba in υμι carent Aoristo secundo, præter tria dissyllaba, quæ nihil aliud habent vsitatum nisi Aoristum illud secundum: vt φῦμι fio inusitatum, habet ἔφυν: Ita κλῦμι audio ἔκλυν, δῦμι subeo ἔδυν.

Methodus hæc verba anomala coniugandi, vt in omni præſenti Actiuo & Paſſiuo coniugetur verbum in μι: Deinde in aliis temporibus coniugetur primigenium inuſitatum in præſenti: ſi ſit verbum in ημι ab εω, coniugetur, vt τίθημι: ſi ſit ημι ab αω, vt ἵςημι: ſi ſit ωμι, vt δίδωμι: ſi ſit υμι, vt δείκνυμι. V. g. ἄγνυμι frango in omni præſenti, vt δείκνυμι, in aliis temporibus coniugetur verbum ἄγω, frango, ita ὄμνυμι iuro in omni præſenti; in aliis temporibus ὀμόω, & ita de aliis.

DISSERTATIO VIII.

De Deponentibus Græcis.

ESſe verba deponentia in lingua Græca, id eſt, verba quæ careant voce actiua, & ſub terminatione paſſiua μαι ſignificent Actiuè, ſicut apud Latinos imitor, amplector, & ſimilia, nemo negarit qui ſciat eſſe ἔρχομαι venio, εὔχομαι precor, ἄγαμαι miror, δύναμαι poſſum, & ſimilia.

Nec dicatur hæc eſſe verba media: nam licet ſint vt plurimum Aoriſta & futura media, vt videtur: at præteritum perfectum, & pluſquam perfectum ſunt termi-

nationis passiuæ, quod non potest conuenire verbo medio.

De methodo formandi tempora deponentium Græcorum nemo præcipit, cum tamen ingenerent aliquid dubij in animis tironum, qua ratione formanda sint Præterita, Aorista, Futura.

Quæritur igitur, qua methodo formãda sint tempora verborum deponentium?

R. Primo, Verba deponentia Græca mutuantur sua tempora partim à voce passiua, partim à media, à passiua quidem habent præsens & tria præterita, à media vero habent duo Aorista, & duo Futura.

R. Secundo, Hæc tempora hac methodo formanda sunt: fingenda vox actiua, mutando ομαι in ω, v. g. ab εὔχόμαι precor εὔχω, quod ex charactere χ, cognoscitur esse verbum secundæ Classis; vnde haberet in futuro εὔξω, in Aor. 1. εὔξα, in Aor. 2. εὖχον in fut. 2 ἐυχῶ. His si addas terminationes passiuas μαι & μην formabis tempora mediæ vocis, εὔξομαι, ἐυξάμην, ἐυχόμην, ἐυχῦμαι, quæ sunt tempora verbi εὔχομαι, quæ mutuatur à voce media, vt dictum est.

Verbum εὔχω haberet in præterito εὖχα, in passiuo εὖγμαι, in plusquam perf. εὔγμην,

quæ sunt tempora verbi εὔχομαι, quæ mutuatur à voce passiua, vt dictum est: vnde, vt vides, verbum εὔχομαι precor habet quatuor priora tempora, hoc est, præsens & tria præterita, à voce passiua εὔχομαι, Imperf. εὐχόμην, perf. εὖγμαι, plusquam perf. εὔγμην. Quatuor posteriora, seu duo Aorista & duo futura, à voce media, fut. 1. εὔξομαι, Aor. 1. εὐξάμην, Aor. 2. εὐχόμην, Fut. 2. εὐχοῦμαι. Quod dictum est de verbo εὔχομαι, id dictum puta de omni verbo Græco deponenti, nisi peculiariter anomalia alicuius temporis indicetur.

Ita formatis Indicatiui temporibus, facile erit ex arte coniugandi formare tempora aliorum modorum, quia eadem methodo formanda sunt, quæ tradita est in arte coniugandi.

Dices fortasse multa esse deponentia, quæ non exiguntur ad hanc tam certam methodum, vt ὄπτομαι habet Aor. 1. passiuum ὤφθην, & fut. ὀφθήσομαι: Ita βούλομαι, ἐβουλήθην, βουληθήσομαι, & similia.

R. Nulla est regula ita communis vt ei nulla insit anomalia. Hæc igitur inter anomala deponentia notentur, & si quæ similia occurrerint: vt ἐδυνήθην, δυνηθήσομαι, à δύναμαι possum.

Quæritur secundo, An in omni gene-

re verborum reperiantur deponentia?

R. Reperiri & inter Barytona, vt εὔχομαι; & inter contracta, vt δέομαι rogo; & inter anomala, vt αἰσθάνομαι sentio; & inter verba in μι, vt ἄγαμαι miror.

I. Qua methodo dignoscetur discrimen horum verborum?

R. Primo, Si non sit εμαι signum est esse deponens in μι: vt δύναμαι possum; ἄγαμαι miror, quæ cum habeant α ante μαι sunt à verbis in αω δυνάω, ἀγάω, vti ἧμαι sedeo, & κεῖμαι iaceo, à verbis in εω.

Ἄγαμαι miror ab ἀγάω, fut. ἀγάσομαι; Aoristo 1. ἠγασάμην, præt. ἤγασμαι quasi ab ἀγάζω, inde particip. ἀγασθεὶς, quasi ab ἠγάσθην.

Ἵπταμαι volo à πτάω fut. 1. πτήσομαι præterit. πέπταμαι, ab ἵπτημι actiuo suo inusitato habet Aor. 2. actiuum ἔπτην, inf. πτῆναι part. πτὰς.

Ab eodem habet Aor. 2. medium ἐπτάμην, inf. πτάσθαι, part. πτάμενος.

Πρίαμαι emo à πριάω, Aor. 1. ἐπριάμην, pro ἐπριασάμην, per syncopen.

Secundo, Si sit ανομαι erit anomalum in ανω: vt αἰσθάνομαι sentio, ab αἰσθέω, fut. αἰσθήσομαι, præt. ᾔσθημαι Aor. 2. ᾐσθόμην: hæc tempora significant actiuè.

Ita ὀσφραίνομαι odoror ab ὀσφρέω, fut.

ὀσφρήσομαι, Aorist. 2. ὠσφρόμην.

Πυνθάνομαι sciscitor, audio discens, à πεύθω fut. πεύσομαι; præt. πέπυσμαι pro πέπευσμαι, Aor. 2. ἐπυθόμην, fut. 2. πυθοῦμαι.

Tertio, Plurima deponentia sunt à verbis in εω & αω.

Δέομαι rogo à δεέω fut. 1. δεήσομαι. præt. δεδέημαι, Aor. 1. ἐδεήθην: significat actiuè vt præteritum.

Ἔρομαι, interrogo ab ἐρέω fut. ἐρήσομαι, Aor. 2. ἠρόμην.

Οἴομαι, vel οἶμαι, puto ab οἰέω fut. οἰήσομαι, præter. ᾤημαι, Aor. 1. ᾠήθην.

Οἴχομαι discedo ab οἰχέω fut. οἰχήσομαι, præt. ᾤχηκα, pass. ᾤχημαι.

Ὑπισχνοῦμαι promitto ab ὑποσχνέω futuro ὑποσχήσομαι, præt. ὑπέσχημαι, Aor. 1. ὑπεσχέθην, Aor. 2. ὑπεσχόμην.

Ἀκροάομαι, fut. ἀκροάσομαι audio. ἀκέομαι medeor fut. ἀκέσομαι, vel ἀκήσομαι.

Μάχομαι pugno à μαχέω, fut. μαχήσομαι, & μαχέσομαι, Aor. 1. ἐμαχησάμην ἐμαχεσάμην, fut. 2. μαχοῦμαι, præt. μεμάχημαι.

Quarto, plurima deponentia sunt à verbis Barytonis, ἔρχομαι venio ab ἐλεύθω habet ἐλεύσομαι, Aor. 2. ἤλυθον, & syncope ἦλθον, præt. med. ἤλευθα, & Atticè ἐλήλυθα.

Ἱκνοῦμαι & ἀφικνοῦμαι peruenio ab ἵκω fut. ἵξομαι

ἵξομαι, Aoristi 2. ἱκόμην, præt. ἶγμαι ἀφῖγμαι.

Ἀγωνίζομαι certo ab ἀγωνίζω, fut. ἀγωνίσομαι, præt. ἠγώνισμαι.

Μαρτύρομαι testor à μαρτύρω, Aorist. 1. ἐμαρτυράμην, fut. 2. μαρτυροῦμαι.

Γίνομαι vel γίγνομαι sum, fio.

A γένω habet præt. med. γέγονα, Aor. 1. ἐγεινάμην; à γενέω, habet fut. γενήσομαι, Aoristi. 1. ἐγενησάμην, Aor. 2. ἐγενόμην, fut. 2. γενοῦμαι, præt. γεγένημαι, inde Aor. 1. ἐγενήθην, fut. 1. γενηθήσομαι.

A γεννάω, Aor. 1. ἐγέννησα, Aor. 1. ἐγεννησάμην.

DISSERTATIO IX.

De Impersonalibus.

Assertio vnica.

VT Latinis ita & Græcis sua sunt impersonalia, hoc est, verba que coniugantur per tertias tantum personas temporũ.

Quæres primo, An formentur hæ tertiæ personæ ex arte communi coniugandi?

R. Formantur, vnde δεῖ oportet, quasi à δεέω habet in futuro δεήσει oportebit, in Aor. 1. ἐδέησε oportuit; præt. δεδέηκε, à δέω habet. Opt. δέοι, Sub. δέῃ oporteret, Inf. δεῖν oportere, part. δέον conueniens.

Ita δοκεῖ videtur, imp. ἐδόκει videbatur, fut. à δόκω δόξει videbitur, Aor. 1. ἔδοξε visum est.

Πρέπει decet, ἔπρεπε decebat, πρέπειν decere πρέπον decens.

Μέλει curæ est, ἔμελε curæ erat: quasi à μελέω, μελήσει curæ erit; ἐμέλησε curæ fuit; ita μεταμέλει pœnitet: vt μέλει.

Ἀρκεῖ sufficit, quasi ab, ἀρκέω, inde ἤρκει sufficiebat, ἀρκέσει sufficiet, ἤρκεσε suffecit.

Ἀρέσκει placet, ἤρεσκε placebat, inde quasi ob ἀρέω, fut ἀρέσει placebit, Aor. 1. ἤρεσε placuit.

Χρὴ oportet per apocopen, pro χρῆσι à χρῆμι Imp. ἔχρην, & aphæresi χρῆν, fut. χρήσει oportebit, Inf. χρῆναι oportere, part. τὸ χρεὼν quod oportet. Ita compositum ἀπόχρη sufficit, ἀπέχρην sufficiebat, ἀποχρήσει sufficiat, ἀπέχρησε satis fuit, ἀποχρῆν sufficere; ἀποχρῶν sufficiens.

Συμφέρει confert. συνέφερε, conferebat συνοίσει conferet. συμβαίνει contingit, συνέβαινε contingebat, συμβήσει continget, συμβέβηκε contigit, & Aor. 2. συνέβη, συμβαίνειν contingere, προσήκει & ἀνήκει conuenit, ἀνῆκε, προσῆκε conueniebat, ἀνήκειν, προσήκειν conuenire, ἀνῆκον, προσῆκον quod decet.

A verbo εἰμὶ sum formantur impersonalia composita ἔνεστι, πάρεστι, ἔξεστι, licet, fa-

cultas eſt, imp. ἐνῆν ἐξῆν, παρῆν facultas erat. Fut. ἔνεσται, ἔξεσται erit facultas, ἐνὸν quod licet. pro ἔνεστι dicitur ſyncope ἔνι etiam ab oratoribus.

Quæres ſecundo.

Suntne tantum hæc imperſonalia?

R. In omni lingua eſt modus loquendi imperſonaliter, hoc eſt, indefinitè. In Gallica. *On combaat*, *on combattoit*, *on a combattu*, *on combattra*, in omni tempore & modo. In Latina pugnatur, pugnabatur, pugnatum eſt & erat, pugnabitur; & ita in aliis modis. Ita in Græca μάχεται ἐμάχετο, μεμάχηται, μαχήσεται.

Quod dictum eſt de verbo μάχεται, dicendum de omni genere verborum, cum in iis liceat loqui vel definitè hoc eſt perſonaliter, expreſſa ſingulariter perſona: vel indefinitè, hoc eſt imperſonaliter, non expreſſa ſingulariter perſona: quod apertè oſtenditur in verbis pluit, ningit, tonat; ſubintellecta perſona, vel Deus, vel Cœlum, vel Natura; Ita pugnatur, *On combat*, nullius perſona definitè expreſſa, aliqua tamen ſubintellecta: vnde imperſonalia non dicuntur, quod non habeant perſonam, ſed tantum quod ea definitè non exprimatur.

EXTRAICT DV PRIVILEGE de Monſeigneur le Vicelegat.

PAR GRACE ET PRIVILEGE de Monſeigneur le Vicelegat, Il eſt permis au P. Pierre Gras, Preſtre, Religieux de la Compagnie de IESVS, de faire imprimer vne Grammaire Grecque qui a pour Titre *Inſtitutiones Grammaticæ*, diuiſée en ſix parties, pendant le terme de dix ans, auec inhibitions & deffenſes à tous Imprimeurs, & Libraires de ladite Ville & Eſtat d'Auignon, d'imprimer ou vendre ledit Liure, ſans le conſentement dudit P. Pierre Gras, à peine de confiſcation des exemplaires & autres peines contenuës en l'original

P. CORSETTVS Dat.

Et ledit P. Pierre Gras a tranſporté ſon droit de Priuilege à Pierre Offray, Imprimeur & Marchand Libraire en cette Ville d'Auignon pour en ioüir ſelon l'accord fait entre eux.